Mercurius Botanicus:

SIVE

Plantarum gratiâ suscepti

Itineris, Anno

M.DC.XXXIV.

Descriptio.

CUM

Earum nominibus Latinis,

& Anglicis, &c.

WATTS

Huic accessit de Thermis Bathonicis

TRACTATUS.

LONDINI,

Excudebat THOM. COTES.

M. DC. XXXIV.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Viris Clariss. Doctiss.

D. Theodoro de Mayerne,

Equiti aurato, Baroni Albonæ in Anglia Britannica, Archiatrorumque Comiti,

D. Matthæo Listero, Regiæ Majest.

Archiatro dignissimo.

D. Otruello Meverello } *Collegii Medicorum Londinensis Sociis*

D. Laurentio Wrighto } *dignissimis.*

THO. IOHNSON suo & Sociorum nomine S. P. D.

PRopensa Vestra V. V. CC. ad hæc studia Botanica promovenda voluntas animos nobis addidit, ut vestris dignissimo nominibus offerremus hæc nostra (ut verè cum Poeta loquar) nullo munusculo cultu. Non hæc facimus pro hujus operis dignitate, sed ut Vos Amplissimos nostræ diligentiæ testes haberemus. Nemo enim rectè de re aliqua judicare potest, nisi alle quatenus

eadem

eadem aliquandiu versatus est; ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς (*inquit Philosophus*) ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. *Vos in hac palæstra aliquandiu non sine laude versatos novimus, ideoque optimo jure Vos VV. CL. nostrarum actionum Botanicarum Iudices constituimus. Quamvis enim* (*teste* Fernelio) simplicium cognitio, collectio, delectus, expurgatio, conservatio, præparatio, correctio, & miscendi industria seorsim ad Pharmacopæos referuntur ac pertinent; *tamen Medicorum est horum omnium gnaros & peritos esse. Sed cùm pauci admodum inveniantur, qui aliquos laude dignos profectus in hac Medicinæ parte fecerunt, fato nescio quo comparatum est, ut nos nostris conatibus botanicis invidiam potiùs quam laudem à multis meritissimus. Attamen aliquid solatii & oblectamenti nobis præbet, quod maximi viri & Medici & Pharmacopæi operam & otium, sic collocarunt*; Iulius Cæsar Scaliger *hac arte ad Artem Medicam adductus fuit. Namque hujus Artis* ardorem accendebat usus & familiaritas Medici Taurinensis, nescio cujus, & Pharmacopolæ rei herbariæ peritissimorum; qui ubi eum semel & iterum in montana ad her-

Ios. Scal. Ep. 1. ad Ian. Dou-

herbarum investigationem deduxissent, accidit, ut eum nihil minus quam tale cogitantem, alter disputationibus suis, alter peritia ὕλης ἰατρικῆς, ad Medicinæ studium incitarent. *Sed ut ad alios veniam*, Anguillara, Rondeletius, Matthiolus, Bellonius, Pena, Lobelius, Clusius, Camerarius, Pennius, Bauhinus, Spigelius, & *multi alii doctissimi viri in herbarum investigatione multum operis impendêrunt.* Conradus Gesnerus *hujusmodi scriptum de itinere ad Montem* Fractum *publicum fecit. Montemque* Baldum *plantasque ibi & in via à* Verona *ad* Baldum *crescentes primùm descripsit* Franciscus Calceolarius *Pharmacopæus Veronensis; Post eum* Iohannes Pona, *ejusdem Civitatis Pharmacopæus, alteram itineris ad* Baldum *descriptionem nobis dedit. Itaque horum exemplo confirmati decrevimus majores in plantarum investigatione progressus facere, ad ulteriorem hujus herbariæ scientiæ promotionem.*

Vosque VV. Cl. rogatos velimus, ut quanto aliis hâc peritiâ superiores estis, tanto paratiores inveniamini ad eorum patrocinium suscipiendum, qui hujusmodi studiis dediti sunt, quò melius vobis & aliis

alijs vobis esse possint; Hâcque vestrâ humanitate & benevolentiâ freti gratias plurimas, easque maximas cum debita observantiâ Vobis referre satagent.

Vestrûm

Studiosissimi

SOCII ITINERANTES.

MER-

Mercurius Botanicus.

sive

Plantarum gratiâ suscepti Itineris Descriptio.

INter tot, tantaque a Deo Opt. Maximo in usus mortalium creata, nihil tantâ varietate præditum, nihil tam utile, tam jucundum, quam Plantarum genus. Si earum antiquitatem respicias, fuerunt ante Animalia, Sole etiam & Luna nondum existentibus, condita; si varios usus in cibis, medicinâ, arte tinctoriâ, agricultura, navigatione, militiâ, &c. enumerare velim, nullo modo potis sim. Recte de his *Plinius*; In ipsis (inquit) providentiam naturæ satis admirari, amplecti- que non est. Dederat quas diximus molles, cibisque gratas. Pinxerat remedia in floribus, visuque ipso animos invitaverat, etiam delitijs auxilia permiscens. Inde excogitavit aliquas *Lib. 22. cap. 6.*

aſpectu hiſpidas, tactu truces, ut tantum non vocem ipsius fingentis illas, rationemque reddentis exaudire videamur, ne ſe depaſcat avida quadrupes, ne procaces manus rapiant, ne neclecta veſtigia obterant, ne inſidens ales infringat; his muniendo aculeis, teliſqve armando, remedijs ut tuta ac ſalva ſint. Ita hoc quoque quod in ijs odimus hominum cauſâ excogitatum eſt.

Sed ut non effuſius laudare videar, ea quæ ab omnibus frequenti uſu ſat laudis habeant, alio me vertam nempe ad earum cognitionem. Quanto enim ſua natura aliquid excellentius eſt, tanto major ejus cognitio habetur; veluti enim Deitas cætera cuncta in unum collata multo ſuperat, ſic Theologia alijs ſcientijs palmam merito præripuit. Huic proximum locum tenet Medicina quæ ut recte ſummus ejus Author *Hippocrates* Τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη. Omiſſis ergo, quæ in alijs plantæ præſtare poſſint, quid antiquitatis, dignitatis & neceſſitatis, hic habent (quæ omnia ex earum cognitione pendent) paucis expediam. Herbarum peritia antiquiſſima, Artis enim fundamenta jecit, ἡ ἀρχαία ἰατρικὴ (ut recte Homeri Scholiaſtes annotavit) ἐν βοτάναις ἦν. Apollo ille Ovidanus cui antiquitas medicinæ inventum tribuit, maxime gloriatur hiſce verbis.

Metam. Lib. 1. *Inventum medicina meũ eſt, opiferque per orbem*
Dicor; & herbarum ſubjecta potentia nobis;

Quaſi plantarum ſcientia præcipua Artis medicæ (ejus inventi) pars eſſet; ſtatim etiam ſubijcit.

Hei mihi quod nullis amor est medicabilis herbis.

Ac si morbus esset incurabilis, qui non herbarum viribus cedat.

Pro hujus botanicæ peritiæ dignitate stant mortalium sapientiss. ille Schelomo Iudeorum Rex, ut etiam Gentius Illyrij, Lysimachus Macedoniæ, Mithridates Ponti, Iuba Mauritaniæ, Attalus Pergami, Evax Arabum Rex: ut reliquos Imperatores, Reges, Heroas taceam. Si Medicorum, Philosophorum, & reliquorum catervam, qui ad hujus defensionem in procinctu steterunt, enumerare velim, ætas deficeret.

Ejus tanta, talisque necessitas semper extitit, ut nemo sine eâ recte medicinam facere possit, ut cum *Oribasio* testatur ipsa veritas. Sed objicias, unde tantus hujus, (si modo tam necessaria ejus cognitio sit) apud multos nostri seculi medicos neglectus? *Fabij Columnæ* viri doctissimi verbis respondeo; Hæc profecto potissima ignorationis hujus Medicinæ partis primaria complexa occasio, summo hominum damno, ut medicorum quorundam proveniat superbia, ac invidia, qui ne ipsi hac parte deficere videantur, illam spernunt velut ignobilem. Sed unde Medici dicuntur, nisi ab ipso medendi actu? in quo ille medebitur Medicus, si locis contingat pharmacopolis carentibus artem exercere? anne verbis? an sufficiet noscere morbum? Medici quidem nomine ex seipso privari videbitur, tunc enim reipsa medicamenta novisse oportere fatebitur. Sed hic tacendum. *Minus cogn. stirp. cap. 4.*

Hactenus breviter de plantarum, & botanicæ peritiæ excellentia verba feci; nunc, quæ ad hanc scientiam acquirendam necessaria sint, paucis narrabo. Conditiones quæ ab *Hippocrate* necessariæ ad totam medicinam comparandam judicatæ sunt, ad hanc peritiam assequendam requiruntur φύσις, διδασκαλία, τόπος ὁ φυῆς, παιδομαθία, φιλοπονία, χρόνος. *Natura* primas tenet, quâ invitâ omnes conatus irriti cadunt.

Doctrina percipitur vel ex mutis magistris, vel vocalibus, ex neutris multum perficitur, nisi accedat αὐτοψία, quâ mediante alijs auxilijs non distitutus magnos brevi progressus, aliquis facere possit. *Locus aptus* non sub unâ voce cadit, est enim sylvis, pratis, montibus, agris, hortis, & denique ubicunque plantæ crescere possint. *Institutio* a teneris annis, aut saltem per multum temporis hic requiritur ad exactam harum notitiam acquirendam, scitè *Galenus* lib. 1. de Antidotis. Quemadmodum (inquit) in pueris gemellis invicem similibus, qui quidē non eis assuerunt, alterū ab altero nequeunt discernere, his autem qui unâ vixerunt facillima est dignotio, ita habet in omnibus quoque medicamentis, nam qui inter ea educatus est, frequenter vidit ex facili vel parvas differentias & invenit & cognoscit. Qui vero semel aut bis conspexerit, tanquam indifferens alterum ab altero spectabit, quod nonnunquam manifestissimum habet discrimen, ei qui frequenter intuitus est manifesto apparens, ut etiam ex uno accidentium ipsius facile sit cognoscere. *Industria* maxima hic se exercere ultra

satietatem

satietatem possit, & mediocris magnos progressus haud factura est. Indefatibilem oportet esse, qui maritima, clivosa, aspera, montosa, pratensia, rigua, sata & similia loca curiose lustrare satagit. Nec omnis fert omnia tellus. exoticæ quotannis nostrorum hortorum inquilini factæ sunt, & omnis fere dies aliquid apportat novi. Zalapium & Pistolochiam Virginianam nobis primum nostrâ ætate transmisit America, sed quid de illis jam omnibus notis? Quis vero de Matalista (ut, multa noviter reperta, quæ nondum in usum ducuntur, taceam) aliquid publicè commentatus est? Multa veniens ætas nobis plane ignota visura est. Diligentiæ, industriæque locus in hac arena nunquam defuturus est. *Tempus* opportunũ in hoc studium impendi ex Dioscoride habe. Quare cui in animo est harum peritiã assequi, necesse est eum primâ germinatione solo emergentibus, adultis & senescentibus adesse. Nam qui pullulanti herbæ duntaxat adstiterit, adultam cognoscere non potest, neque qui adultam tantum inspexerit, nuper erumpentem noscet. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum seminisque magnitudinem, & id genus alias peculiares notas, nonnulli qui harum rerum varietates non perspexerunt magno in errore versentur.

His talibusque diligenter consideratis, nos qui φαρμακευτικὴν, θεραπευτικῆς κάλλιστον μέρος & possidemus, in Artis usu enutriti, qui πολλὰ ἐξ ἐκείνων τὰ φάρμακα καλασκευάζομεν, nostrum esse duximus solerti studio inquirere & investigare

quicquid plantarum, fælix hæc fertilisque Insula nostra producit, & in hunc finem, Agrum Cantianum retrò elapsis annis, majore ex parte lustravimus, & herbarum quicquid ibi observavimus ex scriptâ relatione alijs communefecimus. Sed hoc anno crescente in dies noscendi cupiditate, majora suscipere non dubitavimus, itaque (præter solitum sumptis in subsidium equis) ad hoc negotium paratos, 14 Julij se præbent *Richardus Edwardi* Societatis Pharmacentices *Lond.* eo temporis Magister, *Edwardus Cooke* Guardianus superior, *Tho. Hicks* Magister nuper electus, *Rogerus Henricus Yonge*, *Gulielmus* Broad, *Robertus Lorkin*, *Iacobus Clarke*, cum tribus alijs ijs famulantibus. Hi conscensis equis, & vulgatâ viâ triginta nostratium milliarium spatium emensi Reading satis amplum & notum oppidum perveniunt; ibique pernoctantes fruebantur societate viri doctiss. *Iohannis Bird* Medici, ut etiam *Iohannis Watlington* Pharmacopæi, qui eos comitatus est usque ad Marleborrow, ubi sequente nocte hospitio excipiuntur: & egomet Bathoniâ ijs huc usque obviam processi.

Hic postero mane ferè ad Meridiem præstolabamur adventum Socij nostri *Iohannis Buggs* Med. Doctoris, qui sole jam ad occasum vergente *Oxoniâ* una cum Ornatiss. Viro *Philippo Parsons Aulæ Cervinæ* Principali, Medicinæ Doctore, & multum amiciss. viris *Gul. Iacksono* Oxoniensi, & *Rich. Kendallo*, Londonensi, nostræ artis socijs huc tandem venit. Sed nos eo die Bathoniam pervenientes, Vrbem, Thermas,

Thermas, & quicquid ibi notatu dignum lustramus. Illic etiam in posterum diem morantes, mane hortum honestissimi viri *Georgij Gibs* ingredimur, plantasque quarum nomina sequuntur illic crescentes invenimus.

Planta Horto D. Geor: Gibs ap. Bathon. Crescentes

Rha rotundifolium.
Iasminum album.
Iasminum luteum, sive Trifolium fruticans, Pelemonium Ger.
Tuliparum varietates plurima.
Cotyledon minus montanum, Palmaria Tab. Vmbilicus veneris minor, Ger.
Vmbilicus Veneris sive Cotyledon altera, Ger. emac. Sedum serratum.
Fragaria fructu magno, Boemica, Qorund.
Asclepias flore albo.
Lilium album.
Valeriana Graeca.
Sabina.
Branca Vrsina.
Geranium longius radicatum, Lob.
Geranium Romanum variegatum.
Raphanus rusticanus, Offic.
Ruta.
Periclymenum perfoliatum.
Laurus vulgaris.
Doronicum Romanum.
Trachelium majus flo. albo.
Gramen Lupuli glumis, sive Tremulum max. Bauh.
Cucumis asininus, Offic.

Coriandrum.
Consolida regalis.
Flos solis major.
Rhabarbarum Monachorum.
Geranium Moschatum.
Rhabarbarum verum.
Blattaria purpurea.
Lotus hortorum, Lob. sive Trifolium odoratum.
Lavendula vulgaris.
Lavendula flo. albo,
Papaver sativum simp. & multipl. flo.
Thymum durius.
Cyanus flo. albo, carneo, &c.
Cyanus major.
Cerinthe. Flos Adonis.
Parthenium flo. multipl.
Chrysanthemum Creticum.
Nigella Romana.
Phalangium Virginianum.
Phalangium non ramosum.
Tamariscus Narbonensis.
Majorana.
Marum sive Mastich Gallorum & Anglorum.
Salvia angustifolia.
Salvia major vulgaris.
Salvia variegata.
Glycyrrhiza vulgaris.
Serpilli 3. spec.
Aristolochia Clematites.
Viola mariana.
Abrotanum mas.
Polium luteum.
Pentaphyllum surrectum.

Scabiosa

Scabiosa montana max.
Convolvulus caerulens minor.
Chalictrum majus Hispanicum.
Chamacyparissus.
Cachas vulg. Offic.
Leucoium flo. albis & purp.
Faba Graecorum.
Scordium.
Chamedrys.
Lilium montanum.
Thlaspi Creticum.
Astrantia nigra.
Solutea vulgaris.
Campanula Persicifolio, Lob.
Costus hortorum.
Ageratum.
Gentianella verna flo. ample.
Helleborus niger verus.
Lychnis hortensis.
Lychnis Chalcedonica.
Lychnis syl. flo. multipl.
Chamaexyris, Lob.
Tragopogon flo. purp.
Lysimachia caerulea.
Lysimachia lutea Virginiana.
Scorzonera. Meum.
Allium max. radice simplici.
Lilium non bulbosum.
Arbor vita.
Saponaria flo. multipl.
Vinca pervinca, sive Clematis Daphnoides.
Viola matronalis flo. pleno.
Caryophyllorum hortensium varia. spec.

Hepatica

Hepatica nobilis.
Allium vulgare.
Gladiolus Narbonensis
Hyssopus vulgaris.
Aster Italorum
Muscipula.
Astragalus Lusitanicus.
Psyllium.
Caltha flo. multiplici.
Iris latifolia vulgaris.
Iris bulbosa.
Gnaphalium Americanum.
Antirrhinum majus flo. albo.
Sumach Virginianum.
Mentha sativa rubra.
Imperatoria.
Hipposelinum.
Myrrhis sativa.
Oxalis rotundifolia.
Cochlearia Batava.
Iacea tricolor vulg.
Iacea tricolor flo. amplo lut.
Absinthium tennifolium, quibusdam Romanum alijs Ponticum.
Bolbonach, sive Lunaria Græca.
Auricula ursi.
Napellus cæruleus.
Crocus vernus.
Leucoium bulbosum & alia verna, quæ tum temporis non apparuerant.

Hiſce viſis prata, loca ſaxoſa, aſpera, & vici-
as ſylvas, plantarum gratia circumſpicimus;
everſis ſtatim affuerunt deſiderati amici Dr.
uggs & *Kendall*, qui amicis Oxonienſibus gra-
as pro tantâ eorum humanitate agentes (iis
omum reverſis) nos Bathoniam ſequuti ſunt.
mque totâ ſocietate junctâ lætè unâ cœnavi-
os. Hicque nobiliſſ. & omnibus virtutis do-
us inſtructiſſimæ Dom. *Annæ Gualtere* (quâ-
m ipſe bimeſtre ſpatium ejus valetudinis er-
Bathoniæ moratus ſum) munificentiam ex-
rti ſumus. Poſtquam illuxit dies Therma-
m urbem reliquimus, & Briſtoliam verſus
d non vulgari viâ curſum direximus; ad dex-
am enim deflexi Mangersfeild prevenimus, & Mangersfield
ædes divertimus vere nobilis & generoſi viri
hilippi Langlei cui—*grates perſolvere dignas*
Non opis eſt noſtræ. Virg.
atim enim poſtquam ingreſſi ſumus,

——— domus interior regali ſplendida luxu
Inſtruitur, mediiſque parant convivia tectis,
Tum dapibus menſas onerant, & pocula ponunt.
Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant.

Hic nuntio admonitus aderat *Iohannes Pri-*
ſus Briſtolienſis non minus doctus Pharmaco-
æus, quam jucundus ſocius, qui inclinante
m die (poſtquam Gen. D. *Langlao* pro exi-
iâ & munificâ ſuâ hoſpitalitate gratias, ut po-
imus, maximas, dedimus) nos ad hoſpitium
riſtoliæ comitatus eſt. Hic nobis ad octavam Briſtow
oſteræ diei horam indulſimus, & deinde (ſo-

cio

cio noſtro *Richardo Kendallo* Gloceſtriam ver-
ſus dimiſſo) nos una cum *Priſco* noſtro ad fa-
moſos Divi Vincentij clivos, & præruptas rupe
Avonæ ripæ impoſitas tendimus hicque pri-
mum ad fontem hodie non incelebrem aqu
tepidæ, guſtuique gratæ, ex fiſſurâ immanis ſax
profluentis pervenimus. Multum laudatur ha
aqua ad ulcera & calculoſos renũ affectus inter
nè ſumpta, & externè ad ulcera antiqua ſanand
uſus ejus non infrequens, nec ſucceſſu caret, u
ab expertibus audivi. Ferri vena illic in terræ vi
ſceribus continetur; unde vires aqua acquirit, &
majorem calorem (niſi me mea fallat opinio)
quem longiore curſu amittit, antequam emer
gere valeat. Hujus ſcaturigo ad rupium radi
cem erumpit, unde æſtu aliquantulum ingreſſo
turbidis Avonæ fluvij aquis ſubmergitur, de
nec refluxu amnis iterum auræ apertæ reddi
tur. Effodiuntur in ſuperiore horum confrago
ſorum collium parte lapilli pellucidi, ſexangu
li & quadranguli, noſtrates Adamantes vocant
quia apprime eos mentiuntur; Nonnulli Cry
ſtallos volunt; ſed ad Fluorum naturam rectiu
meâ ſententiâ accedunt; memini enim *Priſcum*
noſtrum mihi retuliſſe, quod loci Dominus eo
nollet è ferri minera (eorũ matrice) eximi; quo
niã major eorum quantitas magis fluidum red
dit metallum. Et Fluores (teſte Agricola) gẽm
ſunt ſimillimi, ſed minus duri, dum metalla ex
coquantur adhiberi ſolent, reddunt enim mate
riam in igne non paulo fluidiorem. Etiam Kent
mannus in ejus Foſſ. catal. enumerat Fluores
pellucidos, ſexangulos, Cryſtallo ſimiles. Ve
cunque

unquē se res habet, non multum moror, sen-
tentiam posui & doctiorum judicio relinquo.
Hinc Avonæ fluenta, ferè ad Sabrinianum
stuarium sequimur, tum bis trajecto amni de-
num Bristoliam revertimur; sumptisque equis
V. honestiss. *Matthæo Chock* Cainshamæ
lutato, post solis occasum Bathoniam iterum
gredimur. Diem dominicam hic solito more
regimus, & posterâ luce intermissum iter ag-
essi per vias vix commodas ad Thrubridge Thrubridge
enimus, ubi commodiore multo hospitio ex-
pimur; D. enim *Thomas Pellinge* eò loci divi-
verbi minister se nobis benignum hospitem
ræbuit, & lautissimo prandio nobis moram in-
eit. Tandem gratijs actis opt. Viro, (cui
ultum pro singulari ejus humanitate debe-
us) vulgarem viam ingressi per latam plani-
em Sarisburiam sub vesperam introimus. Sarisbury
Nocte peractâ, speciosum Templum & limpi-
æ aquæ rivulis irriguas urbis plateas manè
ircumivimus; & ædes Doctiss. viri *Richardi*
Haydocki M.D. ingressi vidimus Opus ejus A-
atomicum, quod jam diu præ manibus habuit
cui finem ferè imposuit. Opus sane miro arti-
cio concinnatum figuris ære exquisitissimè in-
isis & summo judicio dispositis (more quo *Io.*
emmelinus suum Catoptrum microcosmicum
didit) Hisce cōmentarios doctissimos & utili-
simos adjuncturus est, quæ omnia brevi, ut spe-
o, publicâ luce fruitura sunt. Hicq; etiā perop-
ortunè nobis obviā factus est medicus doctiss.
acobus Lake, cui ut etiam *Guliel. Wilsono* Phar-
copæo Sarisburiensi gratias amoris ergô, quo
os prosequuti sunt, reddimus. Ami-

Amicis & urbe tandem relictis, regiam via
Southampton ingredimur, & 18 emensi miliaria Southamp
toniæ hospitio excipimur: deinde sequen
mane conductis duabus naviculis, & *Io. Cam*
ejus loci Pharmacopæo in societatem nostra
Vecht insula admisso, è portu solvimus & paucis hor
Vectam insulam trajecimus. Egressi navig
Cowes Cowes adimus, & pransi ejus loci propug
culum mari impositum visitamus, ibique *Ha*
fredus Turneyus loci (ut vocant) Capitaneu
patrio more impletis vino poculis nos benigne
excepit, & ei (quod tum solum potuimus) gr
tes persoluimus. Deinde ascensis equis *Ne*
Newport *port* advenimus, & non longe hinc Castellu
amplissimum quondam munitissimum, & re
nante divâ *Elizabethâ* novis operibus auctum
Castro Castle lustramus; *Castro* ei nomen est, & nonnu
Insulæ Castellum vocant. Namque illic
Insulæ tutelam instructissimum asservatur
mamentarium. Demum reversi & cibis refecti
etiam societate amicorũ D. *Thomæ Basketti* &
pit. *Andreæ Iamesij*, tandem nos quieti dedim

Sole iterum suum gratum lumen mortalib
impertiente nos excitamur a somno, festinan
ter equos conscendimus, & ad maris litt
quod Austrum respicit nos conferimus, aliqua
tulum temporis inter Algas & fucos consump
simus; deinde nos non longe hinc opiparo pra
Stonyplace dio excepit *Gulielmus Kitchin* Chirurgus in do
micilio suo *Stonyplace* vocato; finitis epul
tum eo, *Tho. Iuninge* Noviportensi, & *Iohan*
Croppo Southamtonensi, Pharmacopæis, *Ry*
Ryde *dam* versus cursum dirigimus; ubi parat
naviculi

viculis excepti Portismutham paucarum ho-
rum spatio appulimus.
Hinc sequente aurorâ descessimus, associante
Brooke ejus loci generoso Cicestriam us-
e, hic pransi urbem reliquimus, & sub ves-
ram *Anthonij Houss* Medici & *Isaac*
y Chirurgi Cicestrensis ductu
imus. Posterâ luce, amicis dimissis,
an & Guilford Londinum petimus
tem quisque proprium larem ingreditur;
que tandem 26 Iulij finem itineri imponi-
s.

Nunc restat, ut vobis impertiamus quid plan-
m in tanto itinere invenimus, & cur non
to more descripserimus quid in hoc aut illo
o vidimus. Consilij nostri ratione pauca sit habe.
c anno pleraſq; plantas sponte in hac Insulæ
te nascentes vidimus, quâ de causâ, ut lectoris
i consuleremus, non sine ordine, ut sese ocu-
nostris obtulerunt, in librum retulimus, sed
methodo alphabetica cum nominibus Ang-
is & nonnullis synonomijs comprehensimus;
ne locus, ubi inveniri possint, deesset, singu-
um non ubique occurrentium, generalem na-
ndi locum annotavimus, idq; Latinè: sed rari-
ous particulare locum assignavimus Anglicè,
o melius a nostratibus intelligeretur. Huc e-
m nonnullas ex prioribus Itinerarijs transtu-
us; quod facile ex locis nominatis intelliget
ctor haud indoctus, qui ut spero, nostris in-
otibus amicus, nostris laboribus libere, &
n voluptate frui possit.

Catalo-

Catalogus Plantarum.

A

Absinthium vulgare latifoliu
Common Wormwood.
Absinthium marinum, sive Se
phium ubique in salsis & ma
timis. *Sea Wormwood.*
Acanthium *Matth. Dod. Lob.* Spina alba s
Fuchs. ad sepes & in fimetis. *The Cotton Th*
Acer minus. *The Common Maple.*
Acer majus, sive Platanus Scotica Carda
plurimis locis juxta ædes nobilium. *The gr*
Maple, but common, (yet falsely) the Sy
more tree.
Acetosa, sive Oxalis vulgaris, ubique in p
tis. *Sorrell.*
Acetosa sive Oxalis minima *Tragi, Dod.* min
Matth. Ovina, *Tab.* in arvis & pratis sicc
ribus. *Sheepes sorrell.*
Acetosella, vide Trifolium acetos.
Acinos Anglica, *Clus.* in montosis cretace
Small stone Basil.
Acorus nostras palustris *Lob.* Iris palustris l
tea, *Tab.* Pseudoiris, *Dod. Yellow water F*
wardelace, Water-flagges. Seggs.
Adianthum aureum majus *Tab.* Polytrichu
majus, *Trag. Fuch.* in Ericetis, *Great gold*
locks, or Golden-maidenhaire.
Adianthum aureum minus. Polytrichum m
nus, *Trag. Fuch.* Musci capillaris altera spe

Do

Dod. in muris passim. *Little Goldy-locks.*
dianthum album, *Lonic. Cam. Taber.* Ruta
muraria, *Dod. Ger.* Salvia vitæ; *Ad. Lob.*
Lugd. Saxifraga seu Empetron, *Fuch.* Pato-
nychia, *Matth.* *Wall-Rue, Tem-worts.* On the
Rockes by *Bathe* and Bristow.
dianthum nigrum. vid. Capillus ven.
gilops. v. Festuca.
rimonia *Offic.* Eupatorium Dioſc. *Agrimo-*
nye.
grifolium *Dod.* Aquifolium, *Matth. Lob.*
Tab. In sepibus, *Holly.*
izoon, vid. Sedum.
lcea vulgaris, *Dod. Lob.* Malva verbenaca,
Ger. in sepibus & pratis. *Vervaine Mal-*
lowes.
lchimilla, *Dod. Lob.* Pes leonis, *Fuch.* Stella-
ria, *Matth.* in sylvis & umbrosis. *Ladyes*
mantle.
lectorolophos. V. Pedicularis.
lga membranacea ceranoides, *Bauh.* in ma-
ritimis. *Wracke.*
lliaria, *Trag. Matth. Fuch.* Pes Asini, *Pan-*
dectarij. passim ad sepes. *Sauce alone, Iacke by*
the hedge.
llium sylvestre tennifolium *Lob.* Ophioſco-
ridon, *Matth.* in pascuis. *Crow Garlicke.*
llium sylvestre latifolium, *Dod.* Vrsinum
Fuch. Matth. Lob. in sylvis & sepibus. *Ram-*
sons.
lnus vulgaris, *Tragi, Matth. Dod. Lob.* ad
aquas. *The Alder.*
lnus nigra baccifera, *Tab. Lob.* Frangula.
Matth.

Matth. Dod. in ſylvis humidis. *The bla*
Alder.

Alopecuros maxima Anglica paludoſa *Lo*
Ger. emac. ——— *Great Marſh Foxtaile.*
Dartford Salt marſh and divers ſuch place

Alſine major. *Dod. Lob. Ger.* Maxima *Lob.*
ſepes. *Great chickweed.*

Alſine aquatica major, *Bauh.* paluſtris. *Ta*
Ger. Great water Chickweed.

Alſine hirſuta, Myoſotis *Ad.* Auricula mu
quibuſdam. *Dod. Gal. & Angl.* Alſine ſy
ria 3. eidem Latine. Alſine hiſpida. I. Hi
paſſim. *Mouſeare-chickweed.*

Alſine media *Dod. Ger.* paſſim ad ſepes. *Mi*
dle Chickweed.

Alſine minor multicaulis. *Bauh.* minima. *Do*
Lob. Ger. in muris & tectis. *Fine Chickwee*

Alſine rotundifolia, ſive Portulaca aquat
Ger. emac. in paluſtribus. *Water Purſlaine.*

Alſine paluſtris minor ſerpillifolia. *Bauh. Ge*
emac. Creeping water Chickweed.

Alſine folijs Veronicæ. *Tab. Ger.* Alyſſon C
in arvis & tectis. *Speedwell Chickweed.*

Alſine hederacea. *Tab. Ger.* Morſus gallinæ fo
lio hederulæ, *Lob.* in agris & eorum margi
nibus. *Ivy Chickweed, or ſmall Henbit.*

Alſine folijs Triſſaginis, *Lob. Ger.* in arvis
agrorum marginibus. *Germander Chickwee*

Alſine hederula altera, *Ger.* Morſus gallinæ fo
lio hederulæ alter, *Lob.* Ballote criſpa mi
nor, *Lude.* in arvis. *Great Henbit.*

Alſine palluſtris folijs tenuiſſimis, ſive Saxi
fraga paluſtris alſinefolia. *Ger. emacul.* *Sma*
wat

water Saxifrage. It growes on Bogge about Bath and diuers other places.

Althæa. Ibiscus, *Ger.* Bismalva, Malvaviscus, *Offic.* passim in maritimis *Marsh Mallowes.*

Anagallis mas flore phæniceo. In agris. *Male red Pimpernell.*

Anagallis fœmina flore cæruleo, etiam in arvis sed rarius. *Female Pimpernell.*

Anagallis lutea nemorum. *Yellow Pimpernell.* In the wood betweene Highgate and Hamstead.

Anagallis aquatica major, *Ger.* Berula maj. *Tab. Great long leaued Brookelime.*

Anagallis aquatica vulgaris, sive Becabunga Offic. *Brookelime.*

Anagallis aquatica rotundifolia *Ger. emac.* aquatica 3. *Lob. Round leaued water Pimpernell.* It growes on Bogge neere Bath.

Anchusa degener facie Milij solis *Lob.* Anchusa arvensis minor, *Tab.* Lithospermum syl. *Tra.* Inter segetes. *Bastard Grommell, Salferne.*

Androsæmum *Dod.* Clymenum Italorum, sive Siciliana *Lob. Tutsan,* or *Parke leaues.*

Androsæmum magnum *Ad. Lob.* Rura syl. Hypericoides, *Dod. Tutsan*-Saint-*Iohns-wort. or Great* S. *Iohns-wort.* In a wood by S. Vincents rocks nigh Bristow.

Anemone nemorum *Ger.* forte Ἀνεμώνια. *Theoph.* Ranunculus nemorosus, sive sylvat. *Lob. Clus. The wood Anemone, or Windflowre.*

Angelica sylvestris. In sylvis humidis. *Wild Angelica.*

Anonis sive Ononis. Resta bovis, Remora aratri. *Rest harrow, Petty-whin.*

Antirrhinum. 1. *Matth.* Medium, *Cam.* rubrum arvense, *Thalij.* In agris. *Midle Calves-snout, or snap-dragon.*

Antirrhinum arvense minimum, *Thal. Cam. Little snapdragon, or Calves snout.*

Anthyllis leguminosa Belgarum, *Lob.* Lagopodium, *Tab.* In montosis pratis. *Kidney Vetch. Lady fingers.*

Anthyllis prior lentifolia Peplios effigiē maritima, *Lob.* Alsines genus pelagicum, *Clusij.* Alsine cruciata marina. *Sea Pimpernell.*

Aparine: passim in sepibus. *Goose grasse, Clivers.*

Aphaca, *Lob. Dod.* Elatine 3. *Tab.* in arvis sed rarius. *Yellow Fetchling.*

Aphacoides. V. Lathyrus.

Apium, *Offic.* sive Paludapium: in uliginosis & salsis. *Smallage.*

Apium risus, *Lob.* V. Ranunculus aq.

Aracus, *Tab.* Galega syl. *Dod.* passim in pratis & sylvis. *Birdes Tares.*

Aracus sive Cracca major. *Lob. Ger.* in agris. *Strangle-Tare, Tine, wilde Fetch.*

Aracus, sive Cracca minima, in agris. *Small wilde Tare.*

Arctium montanum & Lappa minor Galeni, *Lob. Button-Burre.* Mangersfeild, in Master *Langleys* yarde.

Argemone capitulo torulis canulato, sive Argemone Lacunæ, *Lob.* in satis sed non ubique. *Bastard wild Poppye, or rough headed Poppye.*

Argemone capitulo longiore, *Lob.* in arvis, priore frequentior. *Long rough headed Poppye.*

Argentina

Argẽtina, *Dod. Lob.* Potentilla, *Matth.* Anserina Tragi; passim in areis. *Silver weed, wilde Tansye.*

Aria. Vid. Sorbus.

Armerius syl. *Dod.* Armeria pratẽnsis syl. *Lob.* Flos Cuculi pratens. *Trag.* Caryophyllus pratensis; *Tab.* passim in pratis humidis. *Crowflowres and wilde Williams.*

Armeria syl. altera caliculo foliolis fastigiatis cincto. *Lob.* Caryophyllus Pratensis, *Ger. emacul.* Collibus & nonnullis pascuis. *Deptford Pinke.*

Artemisia vulgaris, passim in satis & agrorum marginibus. *Mugwort.*

Arum vulgare. *Wake Robin, Cuckow-pinte.*

Arundo vulgaris, vallatoria, *Lob.* palustris, *Matth. Common reede.*

Ascyrum; *Matth. Lob.* Hypericum in dumetis 2. *Tragi.* S. *Peters worte.*

Ascyrum supinum ἀλώδες, Clus. sive villosum palustre. *Bauh. Round leaved* S. *Peters worte.* It growes abundantly on a rotten mozish ground not farre from *Southampton.*

Asparagus vulgaris. *Sparagus.* In the Parkes beyond Bristoll.

Asperula odorata, *Dod. Clus.* Hepatica stellata; *Tab.* Matrisylva, *Trag.* in sylvis. *Woodrooffe.*

Asperula cærulea arvensis. *Blew woodrooffe.*

Asphodelus bulbosus, Galeni, V. Ornithogalum.

Asphodelus minimus luteus Acorifolius palustris, *Lob.* Asphodelus Lancastriæ *Ger. Lancashire*

Lancashire Asphodill. It growes in a Bogge on a heath in the mid-way betweene *Sarisbury* and *Southampton*.

Asplenium, sive Ceterach. Scolopendria vera. *Trag.* Scolopendrium verum, *Lonicer.* In Saxorum crepidinibus & Templorum muris. *Ceterach, Milte-wast, Spleenewort.*

Astragalus sylvaticus, *Thalij.* *Wood-pease, or Heath-pease.*

Atriplex marina repens, *Lob.* *Sea Orach.*

Atriplex olida, *Lob.* Canina, *Trag.* Garosmum, *Dod.* juxta semitas in suburbijs. *Stinking Orach, or Notch-weed.*

Atriplex angusto oblongo folio, sive sylvestris Polygoni aut Helxines folio, *Lob.* In ruderibus. *Narrow leaved Orach.*

Atriplex sylvestris folio sinuato candicante. *Bauh.* sylvestris vulgaris *Ger.* In fimetis & ruderibus. *Common wild Orach.*

Atriplex syl. altera, *Ger.* cum priore reperitur. *The other wild Orach.*

Atriplex syl. latifolia *Lob.* Pes anserinus. *Fuch. Dod.* & Chenopodium 1. *Tab.* cum prioribus. *Goose foote, or sow-bane.*

Atriplex syl. latifolia acutiore folio. Bauh. Blitum 5. *Trag.* Chenopodium 2. *Tab.* cum prioribus. *The other Goose foote, or sow-bane.*

Atriplex sylvestris sive Polyspermon *Ger.* Polyspermon Cassani Bassi *Lob.* cum prioribus, sed rarior. *All-seed.*

Auricula muris. *Vid.* Alsine hirsut. & Pilosella.

B

Baccharis Monſpel. *Lob.* V. Conyza major.
Ballote, Marrubium nigrum fœtidum, ad ſepes. *Stinking Horehound.*
Barbarea, Pſeudobunias *Lob.* Naſturtium hybernum, *Quorund.* ad agrorum margines. *Winter Creſſes.*
Bardana, ſive Lappa major, Perſonata *Fuch. Lob. Great Bur-docke.*
Bardana minor, V. Arctium.
Behen album, *Monſpell. & Offic.* Papaver ſpumeum, *Lob.* Herba articularis, *Tab. Spaſtine Poppie. White Bottle.*
Bella donna, V. Solanum Lethale.
Bellis minor vulgaris, conſolida min. *Quorund.* ubique. *Little Daiſyes.*
Bellis major, *Trag. Matth.* Conſolida media vulnerariorum. In pratis. *Great Daiſyes, and of ſome, Oxe-eye.*
Berberis, *Offic.* V. Oxyacanthus.
Beta alba vulgaris. In maritimis. *White Beete.*
Betonica vulgaris. In ſylvoſis. *Betonie.*
Betonica aquatica. *Dod. Lob.* Ocymaſtrum majus *Trag. Water Betonye.*
Betonica Panli, V. Veronica.
Betula, *Matth. Lob.* In ſylvis humidis. *The Birch tree.*
Betulus *Lob.* Carpinus, *Matth.* Oſtrys Theophraſti, *Cluſ.* In ſylvis. *The Hornebeame tree.*
Bifolium, *Lob.* Ophris, *Matth.* In humidis pratis & ſylvis. *Twablade.*

Biſtorta, *Matth. Dod.* Serpentaria fœmina, *Fuch.* in pratis humidis, & umbroſis. *Biſtorte.*

Blattaria major flore luteo, ſive Blattaria Plinij, *Lob. Great Moth Mullein.*

Bonus Henricus, *Trag. Matth. Tab.* Rumicis 3. gen. *Fuch.* Tota bona, *Lob. Dod.* In pratis & ſimetis. *Common Mercurie, or All-good.*

Braſſica marina monoſpermos, *Lob. Sea Colewort.*

Bryon Lactucæ folijs, *Lob.* Lactuca marina, *Tab.* Lichen marinus, *Ger. Sea Lungewort, or Oiſter-greene.*

Bryonia alba, *Dod.* Vitis alba. *Matth.* ad ſepes & ſylvas. *White Bryonie.*

Bryonia nigra, Sigillum beatæ Mariæ, *Offic.* Tamus, *Dod.* In ſylvoſis. *Blacke Bryonie.*

Bromos ſterilis. V. Feſtuca.

Bugloſſa ſyl. minor. *Dod. Ger. emac.* Echium Germanicum ſpinoſum, *Fuch.* Borago ſyl. *Trag.* In arvis. *Small wilde Bugloſſe.*

Bugloſſum Lut. *Ger.* Echioïdes luteum, *Lob.* ad agrorum margines. *Lang-de-beefe.*

Bugula, *Dod. Lob.* Conſolida media, *Matth. Fuch. Tab.* In humidis ſylvis & pratis. *Bugle.*

Bulbocaſtanon, *Dod.* Nucula terreſtris Septentrionalium, *Lob.* In collibus. *Earth-nut, or Ear-nut.*

Bunias ſyl. V. Napus ſyl.

Burſa paſtoris major. ubique. *Sheepeheards purſe.*

Burſa paſtoris minor. *Little ſheepeheards purſe.*

Buxus

Buxus, in viridarijs. *Boxe.*

C

CAlamintha montana vulgaris, *Lob. Offic.* *Common Calamint.*

Calamintha Pulegij odore, Nepeta vera *Antiquorum*; In pratis & collibus. *Feild Calamint.*

Calamintha aquatica, *Matth.* Polycnemon Lobelij, *Lugd.* Ad fossas. *Water Calamint.*

Caltha palustris, *Dod. Lob.* Tussilago altera, *Matth.* in humidis pratis. *Marsh Marigold.*

Campanula, V. Trachelium.

Campanula minor rotundifolia, *Lob.* Rapunculus syl. minor, *Tab.* In pratis. *Small Bell-flowre.*

Cannabis vulgaris. seritur in agris. *Hempe.*

Cannabis spuria, flo. albo. Lamium. *Quorundam.* Ad sepes & in agris. *Wilde Hempe.*

Cannabis spuria altera flore purp. In agris. *Nettle Hempe.*

Cannabina Aquatica. V. Eupatorium cannab.

Capillus veneris, *Offic.* Polytrichum, Trichomanes. *Trag. Matth. Dod. Lob.* In saxosis & muris. *Common Maidenhaire.*

Caput gallinaceum Belgarum. *Ad. Lob.* Onobrychis. *Dod. Clus. Ger. Medicke Fitchling, or Cockes-head.*: On the farther end of *Sarisbury* Plaine.

Caprifolium, *Offic.* V. Periclymenum.

Cardamine, *Ger.* altera, *Lob.* Nasturtium pratense, *Trag.* Flos cuculi, *Dod.* Sisymbrium aquaticum alterum, *Matth.* ubique in pratis humidis. *Lady-smocke, or Cuckow flowre.*

Cardamine

Cardamine altera flo: pleno. *Clus. Ger. emac.* cum priore sed multo rarior.
Double flowred Lady-smocke.

Cardamine flosculis minoribus, sive Impatiens Sium minimum, *Alpini.* Sium minus impatiens, *Ger. emac. Impatient Cuckow-flowre, or Lady smocke.* In tills, and ditch sides about *Bath*, and in some other places.

Cardamine pumila Bellidis folio Alpina. *Ger. emac.* Plantula Cardamines æmula, *Clus.* Nasturtium Alpinum bellidis folio minus, *Bauh. Rock-cresses, or Dwarfe daisye-leaved Lady-smocke.* On the rockes nigh the Quarrie by Bath.

Carduus acaulis, *Lob.* Carlina minor flo. purpureo. *Clus.* In montosis & collibus siccioribus. *Dwarfe Carline Thistle.*

Carduus stellatus, *Dod.* sive Calcitrapa Ejusd. & *Lob.* juxta semitas. *Star-thistle.*

Carduus arvensis major purpureo flore, (ut etiam albo) qui flore nondum nato moschum olet. *Ges. Ger. Muske thistle.*

Carduus spinosissimus vulgaris *Lob.* Aculeosa Gazæ, *Adv.* Polyacanthos Theophrasti, *Tab.* ad agrorum margines. *Thistle upon thistle.*

Carduus asininus sive Onopyxos *Dod. Lugd.* cum priore. *Asses Box.*

Carduus spinosissimus, capitulis minoribus sive Polyacantha, *Lob.* cum prioribus. *Small welted Thistle.*

Carduus spinosissimus altissimus, forte Carduus palustris, *Bauh. Tall Heath thistle.*

Carduus lanceatus, sive lanceolatus, *Tab. Ger.*

In

In pratis. *Speare thiſtle.*

Carduus Lacteus *Matth.* Mariæ, *Trag. Fuch.* Silybum, *Ang.* Leucographis Plinij, *Lugd.* ad agrorum margines. *Milke Thiſtle.*

Carduus vulgatiſſimus radice repente, *Cæſal.* Theophraſti, *Col.* ubique nimis frequens. *The way Thiſtle.*

Carduus eriocephalus, *Dod. Cluſ.* tomentoſus, *Lob.* Onopordon Plinii, *Lugd.* In montoſis, ſed non ita frequens, ut reliqui. *Woolly-headed Thiſtle.*

Carduus vulgaris, *Matth.* Carlina ſyl. *Dod. Ger.* Carthamus ſyl. *Lonic.* Heracantha, *Tab.* In montoſis. *Wilde Carline Thiſtle.*

Caryophyllata vulgaris, Herba benedicta, *Brunf.* Geum, *Turn.* ad ſepes. *Auens. Herbe Bennet.*

Caryophyllus. *v.* Armeria.

Caryophyllus marinus minimus, *Lob. Ger.* Gramen marinum minus, *Tab.* Armerius montanus tenuifolius. *Cluſ.* In maritimis. *Thrift, or Sea-gilliflowre.*

Carlina, *v.* Carduus acaulis & vulgaris.

Carpinus *Matth.* Ornus, *Trag.*, Oſtrys Theophraſti, *Cluſ.* Betulus, *Lob.* in ſylvis: *Hornebeame.*

Caſtanea vulgaris: In ſylvis nonnullis & viridariis. *Cheſnut-tree.*

Catanance, *Quorund.* Ervum ſyl. *Dod.* in pratis. *Crimſon graſſe Fetch.*

Caucalis minor floſculis rubentibus, *Ger. Emac.* ad ſepes: *Hedge perſley.*

Caucalis nodoſa echinato ſem. *Bauh. Ger. Emac.*

mac. ad agrorum margines. *Knotted Parſley*
Caucalis Apii foliis, floribus rubris. *Ger.* emac. *Hedgehogge parſley.* In the corne-fields about *Bathe.*
Cauda equina: *v.* Equiſetum.
Centaurium minus vulgare, flor. carneis & albis. in pratis & arvis: *Common or litle Centory.*
Centaurium luteum perfoliatum, *Cam.* In montoſis & ſiccioribus pratis. *Yellow Centory.*
Ceraſus ſylveſtris: *The wilde Cherry tree.* In woods by *Bathe.*
Cerefolium ſyl. *Tab. Ger. emac.* paſſim ad ſepes. *Hedge Chervill.*
Ceterach, *Offic. v.* Aſplenium.
Chamæacte: *v.* Ebulus.
Chamæciſtus vulgaris flo. luteo; Panax chironium ſive flos ſolis, *Matth. Lugd.* Helianthemum, *Lob.* Hyſſopus camp. *Trag.* In montibus ſaxoſis. *Dwarfe Ciſtus, or litle ſunflowre.*
Chamædrys ſyl. *Cluſ: Ger.* Teuctium pratenſe, *Lob.* Verbenaca ſupina mas, *Dod.* ubique in pratis: *Wilde Germander.*
Chamæmelum vulgare. In paſcuis humidis. *Chamomill.*
Chamæpytis, Iva arthritica, ſive moſchata, *Offic.* in arvis: *Ground-pine.*
Chelidonium majus, ad ſepes. *Great Celandine.*
Chelidonium minus, ſive Scrophularia minor. ubique in pratis humidis: *Pilewort.*
Chryſanthemum ſegetum, *Lob. Cluſ.* Bellis major lutea, *Trag.* in ſatis. *Corne Marigold.*

or Goldes.

Cichoreum syl. flo. cæruleo: In arvis: *Wilde Succory.*

Cicuta vulgaris. *Hemlock.*

Cicutaria fatua, *Lob.* Petroselini vitium, *Trag.*

Cicutaria tenuifolia, *Ger. Dogges-parsley.*

Cicutaria palustris, *Lob. Ger.* Phellandrion Plinii, *Dod.* in aquis: *Wilde water Hemlock.*

Cicutaria alba, *Lugd.* palustris flo. candido, *Cam.* Myrrhis syl. *Fuch.* ubique in locis humidis: *Wilde Cicely.*

Circæa Lutetiana, *Lob.* Lappa syl. *Trag.* Herba D. Stephani, *Tab.* in umbrosis & humidis: *Inchanters Nightshade.*

Cirsium Anglicum, *Lob. Clus. Ger. emac. Smogle-headed Thistle:* On *Early Heath* a mile from *Reading.*

Clymenon, *v.* Androsæmum.

Clinopodium vulgare, *Matth.* Origanum 4. *Trag.* in dumetis. *Wilde Basil.*

Cochlearia vulgaris longo & sinuato folio. In maritimis: *Sea Scurvy-grasse.*

Colchicum commune purpureum, ut etiam flo. albo, sed rarius. *Meadow safron.* In some meadowes about *Bathe*, & in divers parts of the West Countrey.

Conferva, Plinii, *Lob. Hairy River-weede.*

Conyza major, *Matth.* Baccharis Monspelliensium, *Lob. Ger.* in montosis, *Flow-mans Spikenard.*

Conyza media, *Matth.* Calaminthæ 3 genus, *Fuch.* in humidis: *Midle Fleawort, or Fleabane.*

Conyza minor. *Trag. Matth.* minima, *Lob. Dod.*

In aquosis : *Dwarfe Fleabane.*

Conyza cærulea acris, . Tinctorius flos alter *Trag.* Amellus montana, *Col.* In montosis pratis & antiquis muris. *Blew flowred Fleabane.*

Consolida major, sive symphytum majus flo albo. In aquosis. *Great Comfrey.*

Consolida major, sive symphytum maj. flo purpureo, cum priore : *Great Comfrey with purple flowres.*

Consolida media, *v.* Bellis, & Bugula.

Convolvulus major flo. albo. Volubilis majo *Tab. Trag.* Smilax lævis, *Matth. Dod.* In sepibus : *Great Bindeweede.*

Convolvulus minor flo. purp. vel albo : *Lob.* Volubilis minor *Trag*: Helxine cissampelos *Matth. Fuch.* Smilax lævis minor, *Lob.* In agris. *Small Bindeweede.*

Convolvulus niger, *Dod.* Orobanche, *Trag.* Volubilis nigra, *Tab.* Helxine cissampelos altera atripficis effigie, *Lob.* Inter segetes *Black Bindeweede.*

Corallina ramosa parva ; inter scopulos : *Branched Coralline.*

Corallina pennata longior. cum priore: *Winged Coralline.*

Cornu cervinum, *Offic.* Coronopus, sive herba stella, *Matth. Lob.* In maritimis hirsutum in montosis plerumq; glabrum: *Harts-horne or Buck-horne Plantaine.*

Cornus fœmina, *Lob. Tab.* Virga sanguinea *Matth. Dod.* In dumetis & sepibus: *Dogge tree.*

Coronop

Coronopus Ruellii, cornu Cervi alterum vulgo *Lob. Dod.* Ambrosia, *Matth.* Ad agrorum margines, & juxta semitas: *Swines Cresses.*

Corylus sylvestris, *Trag. Matth.* Nux avellana syl. *Fuch. Dod.* In sylvis: *The hasle-nut tree.*

Cotyledon aquatica, sive acris septentrionalium, *Lob.* In uliginosis: *Water Pepper-wort, white-rot.*

Cotula alba, *Dod.* fœtida, *Lob.* Parthenium *Fuch. Tab.* Est etiam non fœtida, & flo. multiplici. In agris: *Mathes, or Maydweede.*

Cracca, *v.* Arachus.

Cratæogonon, *Lob.* Milium sylvaticum, *Tab.* Sideritis pratensis lutea, *Lugd.* In sylvis: *Wilde Corn-wheate.*

Cratæogonon Euphrosine, *Ger.* Euphasia rubra, sive altera, *Dod. Lob.* in montosis & pratis siccioribus: *Eyebright Corn-wheate.*

Crithmum sive fœniculum marinum: *Sampire: On the white Cliffes on the South side of the Isle of Wight.*

Crista Galli, *v.* Pedicularis.

Cruciata *Dod.* minor, *Lob.* Gallium 2. *Trag.* in dumetis: *Crosse-wort, or Mugwort.*

Cuscuta, *Matth.* Cassytha, *Dod. Lob.* in agris & ericetis circa varias plantas, *Dodder.*

Cyanus minor vulgaris, *Matth. Lob.* Baptisecula. *Trag.* inter segetes: *Blew-bottle.*

Cynocrambe, Mercurialis sylvestris & feminea: in sylvis & sepibus: *Dogges-mercury.*

Cynoglossum majus vulgare: passim ad agrorum margines: *Great Hounds-tongue.*

Cyno-

Cynoglossum minus folio virente, *Ger. emac.* ad agrorum margines sed parius. *Small Hounds-tongue.*

Cynosorchis, *v.* Orchis.

Cyperus rotundus, inodorus septentrionalium, *Lob.* rotundus littoreus. *Ger. emac.* frequens in maritimis. *Round salt-marsh Cyperus.*

Cyperus gramineus milliaceus, *Lob. Ger. emac.* In aquosis. *Millet Cyperus grasse.*

D

DAucus vulgaris, *Offic.* Pastinaca syl. tenuifolia, *Dod. Ger.* in agris. *Wilde Carrot or Bees-nest.*

Dens Leonis, Caput Monachi, Rostrum porcinum, Taraxacon, ubique in pratis. *Dandelion.*

Dentaria major, *Matth. Lob. Ger.* in sylvis quibusdam. *Great Toothwort, or Laugwort.*

Dipsacus vulgaris, Labrum Veneris, ad agrorum margines. *Wilde Teasell, or Venus bason.*

Dipsacus minor, sive Virga pastoris, *Matth.* ad sepes. *Sheepheards-rod.*

Digitalis purpurea, *Dod. Lob.* Ephemeri Dioscor. alia species major, *Col.* Campanula sylv. *Trag.* in ericetis. *Fox-glove.*

Dulcamara, *v.* Solanum lignosum.

E

EBulus, Chamæacte, sive Sambucus humilis. In agris & cœmiteriis. *Walwort, Dwarf-Elder, or Daneweed.*

Echium alterum, *Dod.* Lycopsis Anglica, *Lob.*

In agris siccioribus & muris. *Wall Buglosse.*

Elæagnus Cordi, *Lob.* Chamæliagnus. *Dod.* Gagel Germanorum, Myrtus Brabantica, *Ger.* In humidis & uliginosis sed non ubique. *Gaule, sweet Willow, Dutch Mirtle.*

Elaphoboscum erraticum, *Tab.* Pastinaca sylvestris, *Dod.* ad agrorum margines. *Wilde Parsenep.*

Elatine Dioscor, sive Veronica Fœmina, *Fuch.* & *Dod.* inter segetes. *Female Fluellin, or Speedwell.*

Elatine, *Matth.* altera, *Dod. Lob. Ger.* inter segetes & ad agrorum margines., *Sharpe pointed Fluellin.*

Enula campana, *Offic.* sive Helenium. In humidis pratis. *Elecampane.*

Equisetum 1. *Matth.* Hippuris major, *Dod. Great Horse-taile, or Shave-grasse.*

Equisetum nudum, *Ger.* Iunceum, *Trag.* In humidis & uliginosis. *Naked Horse-taile.*

Equisetum longissimis foliis, sive palustre majus, *Tab.* sylvaticum, *Ger.* In fossis & humidis pratis. *Wood Horse-taile.*

Equisetum arvense longioribus setis, sive segetale, *Ger. Corne Horse-taile.*

Equisetum, sive Hippuris lacustris foliis mansu arenosis, *Gesn.* Hippuris coralloides, *Ger. emac. Horse-taile Coralline.* On a bogge by *Smochall* a wood nigh *Bathe.*

Equisetum fœtidum sub aquis repens, *Bauh. Stinking-water Horse-taile.*

Erica vulgaris, *Trag. Ger.* prima, *Matth. Dod.* In ericetis. *Common Heath.*

Erica tenuifolia, *Ger.* caliculato Vnedonis flo. *Lob.* cum priore. *Small leaved Heath.*

Erica major flo. purpureo, *Ger. Lob.* cum prioribus. *Great purple flowred Heath.*

Erigerum, *v.* Senecio.

Eryngium marinum vulgare; ad maris littus. *Sea-holly, or Eringoes.*

Erysimum *Diosc. v.* Irio.

Erysimum cereale, *v.* Fegopyron.

Eruca marina, *Lob.* Sinapi marinum Ægyptium, Alpini: ad maris littus. *Sea-rocket.*

Eruca sylvestris, *Matth. Dod.* In fissuris murorum: *Wilde rocket.*

Esula major Germanica *Ad. Lob. Ger.* Tithymalus palustris fruticosus, *Cam. Bau. Quacksalvers Turbith: Water spurge:* By a wood side, some mile South of *Bathe.*

Esula exigua, *Trag. Lob. Ger. emac.* inter segetes: *Dwarfe Esula,* or *Spurge.*

Euonymus Theophrasti, *Lob. Dod.* Carpinus, *Trag.* in sepibus. *Spindle tree, prick wood.*

Eupatorium vulgare, Agrimonia, *Offic.* in pratis: *Agrimony.*

Eupatorium cannabinum mas; vulgare: *Matth. Dod.* Herba S. Kunigundis. *Trag.* ad rivulos: *Water hempe, or hempe Agrimony.*

Eupatorium cannabinum fœmina Septentrionalium, *Lob.* Hepatorium aquatile, *Dod.* Verbena supina, *Trag.* In aquosis. Variat folio tripartitò diviso, & non diviso: *Bastard Agrimony.*

Euphrasia vulgaris, sive alba, *Dod. Eyebright.*

Euphrasia rub. *v.* Cratæogonon Euphrosine.

Euphrasia cærulea, v. Myosotis scorpioides.

F

FAba major vulgaris, sive Phaselus major, *Dod.* Seritur in hortis & arvis. *Great garden Beanes.*

Faba minor vulgaris, Boona sive Phaselus minor, *Dod.* Seritur passim in agris. *Common Beanes.*

Fagus, in sylvis & montibus. *The Beech tree.*

Farfara, v. Tussilago.

Ferrum equinum siliquis in summitate, *Bauh.* Hedysarum minus, *Tab. Horse-hoe*: On the Hils about *Bath*, and between *Bath* and *Marleborow*.

Fegopyron, *Dod.* Erysimum Theophrasti, *Lob.* Ocymum cereale, *Clus.* Frumentum Sarracenicum, *Matth.* seritur in agris. *Buck*, or *Buck-wheate*.

Festuca & Avena Græca, *Lon. Cæs.* Bromos sterilis, *Lob. Ger.* Ægilops: 1. *Matth. Tab.* ad sepes. *Wilde Oates.*

Festuca altera, *Dod.* Bromos sterilis altera, *Lob. Ger.* inter segetes. *Drauke*, or *small wilde Oates.*

Filipendula vulgaris, Oenanthe, *Fuch. Lob.* in pratis quibusdam. *Dropwort.*

Filipendula aquat, v. Oenanthe.

Filix mas ramosa pinnulis dentatis, *Ger. Emac.* In uliginosis & umbrosis locis. *Branched male Ferne.*

Filix mas non ramosa, pinnulis latis densis minutim incisis, *Ger. emac.* Filix mas, *Matth.*

Thalictrum, sive Thalictrum, *Lob. Ger.* Ruta pratensis, *Cord.* Est majus & minus. In pratis humidis. *Bastard Rubarbe, Meadow Rue.*

Thlaspi vulgare, *Offic.* vaccariæ fol. *Lob.* Ad agrorum margines, & inter segetes. *Mithridate Mustard. Bastard Cresses.*

Thlaspi Dioscoridis, Drabæ aut Camelinæ folio, *Lob. Ger.* Inter segetes. *Treacle Mustard, Penny-cresse.*

Tithymalus helioscopius, *Matth. Fuch. Lob. Ger.* In agris. *Sunne Spurge.*

Tithymalus characias amygdaloides, *Lob. Ger.* In sylvis. *Wood Spurge.*

Tithymalus paralius, *Lob. Ger.* In maritimis. *Sea Spurge.*

Tithy-

Tithymalus leptophyllos, *Matth. v.* Esula exig.
Tormentilla, *Offic.* & Consolida rubra, *Tab.*
Heptaphyllum, *Fuch.* In ericetis & dumetis. *Tormentill.*
Trachelium majus, sive Cervicaria, *Lob.* Vvularia major, *Trag.* Variat flor. albo: nascitur in sepibus. *Great Throat-wort, or Canterbury bells.*
Trachelium minus, *Lob. Dod.* ut etiam Viola Calathiana, *Ger.* Cervicaria minor, *Tab.* Vvularia exigua; *Trag.* In montosis & aridis cretaceis. *Little Throat-wort, or Canterbury Bells.*
Tragon, *Matth.* Kali spinosum, *Qervindam.*
Tragopogon vulgare, sive luteum; *Dod.* Barbula hirci, *Trag. Matth.* In pratis. *Goats-beard, Goe no bed at noone.*
Tribulus aquaticus minor, Quercus floribus, *Clus. Ger. emac.* Pusillum fontis Lapathum; *Lob.* In stagnantibus aquis. *Small water Caltrops, or Frogges-lettice.*
Tribulus aquat. minor Muscatellæ floribus: *Ger. emac.* In rivulis. *Small Frogges-lettice.*
Trichomanes, *v.* Capillus Ven.
Trifolium aquaticum, sive palustosum, *Lob. Ger.* Fibrinum; *Tab.* Isopyron, *Dod. Ges.* Menianthes palustre, *Lugd. Marsh Trefoile, Buck's Beanes.*
Trifolium pratense album, *Fuch. Dod. White-flowred Trefoile, or three-leaved Grasse.*
Trifolium pumilum supinum flosculis longis albis, nondum descriptum. In montosis. *White Dwarfe Trefoile.*
Trifolium pratense purpureum vulgatissimum *Common.*

Common Trefoile, or three-leaved grasse.

Trifolium stellatum glabrum, *Ger. emac. Smooth starry-headed Trefoile.*

Trifolium fragiferum, *Clus. Ger. emac.* Vesicatorium, *Quercetan.* Hoc cum priore nascitur in salsis & maritimis. *Strawberry, or bladder Trefoile.*

Trifolium luteum, vel agrarium, *Dod.* Luteum alterum lupulinum, sive Lupulus sylvaticus; *Thal. Ger. emac.* In agris & pratis. *Hop-Trefoile.*

Trifolium luteum minimum, *Ger. emac.* Luteum capitulo breviore, *Thal.* Trifolii genus Medicæ simile, *Ges.* Medica sem. racemosa. *Little yellow Trefoile.*

Trifolium cochleatum folio cordato maculato, *Bauh.* cordatum, *Ger.* Medica Arabica, *Cam.* In pratis. *Heart Trefoile, or spotted small Trefoile.*

Trifolium syl. luteum siliqua cornuta, vel Medica frutescens, *Bauh.* Medica flav. flore, *Clus.* Lens major repens, *Tab.* In montosis. *Yellow horne Trefoile.*

Trifolium acetosum vulgare, Lujula, Alleluja, *Offic.* Oxys Plinii, *Fuch. Dod.* Panis Cuculi. *Bruxelli.* In sylvis. *Wood-sorrell.*

Trifolium corniculatum primum, *Dod. Thal.* Siliquosum minus, *Tab. Ger.* In pratis. *Small-codded Trefoile, Birds-foote Trefoile.*

Trifolium corniculatum majus hirsutum: In pratis humidis & ad sepes. *Great-codded Trefoile, hairy Birds-foote Trefoile.*

Trifolium odoratum; *Dod. v.* Melilotus vulgaris.

Tri-

Tripolium vulgare, *Lob. Ger.* Amelli ſpecies paluſt. *Col.* eſt majus, & minus. In maritimis & ad fluminum ripas. *Sea Starre-wort, blew ſea Daiſyes: Hogges Beanes.*

Triticum, ſive Siligo ſpicâ muticâ, *Lob. Ger.* Seritur in agris. *White wheate.*

Triticum ariſtis circumvallatum, Typhinum, *Dod.* Seritur in arvis. *Red wheate.*

Tuſſilago, Bechion, Farfara, Vngula caballina. In locis humidis. *Coltes-foote, Foles-foote.*

Turritis major, Turrita major, *Clus.* Braſſica ſyl. ramoſa tota penè glabra, *Bauh.* Braſſica ſyl. procera, *Thal. Towre Muſtard.* It growes a litle on this ſide the firſt Gate one paſſes through, after they are downe *Beacon* hill, going from *Marleborrow* towards *Bathe.*

Tragopyron; *v.* Fegopyron.

Typha paluſtris, *Cord. Dod.* Variat magnitudine. *Cats-taile, Reed-maſe.*

V

Vaccinia nigra, *Dod.* Myrtillus, *Matth.* Vitis Idæa vulgaris, *Clus.* Idæa: 1. *Tab.* In ericetis & montoſis. *Black-worts, Wortle or Hurtle-berries.*

Vaccinia paluſtria, *Lob. Dod.* Oxycoccum, *Cord.* Vitis Idæa paluſtris: *Clus.* In uliginoſis. *Fenne berryes, Moore-berryes, Marſh Wortles.*

Valeriana, ſive Phu majus ſyl. *Dod.* paluſtris. *Cam.* In rivulorum ripis. *Great water Valerian.*

Vale-

Valeriana syl. minor. In humidis pratis & sylvis. *Small wilde Valerian.*

Valeriana petræa, *Ger.* Inter segetes. *Stone Valerian.*

Verbascum; *v.* Tapsus barbatus.

Verbascum lychnite, *Matth.* candidum fœmina, *Fuch.* In montosis & cretaceis. *Candle-weed Mulleine.*

Verbena communis: ad semitas. *Vervaine.*

Veronica mas, *Dod. Fuch.* vera, & major, *Lob.* In ericetis. *Speedwell Fluellen.*

Veronica pratensis, *Dod.* minor, *Tab.* Betonica Pauli, *Quorund. Litle Fluellin, or smooth Fluellin.*

Veronica fœmina: *v.* Elatine.

Viburnum, *Matth.* Viurna vulgi Gallorum & Ruellii, *Lob.* In sepibus. *Wayfairing tree, Cotton tree.*

Vicia; *Tab. v.* Lathyrus syl.

Vicia maxima sylvatica, nondum descripta, fortè Vicia maxima sylvatica; *Io. Bauhin. Great wood Vetch, or Fetch.* In a wood nigh *Bathe.*

Vicia vulgaris, vel sativa; *Common Vetch, or Feich.*

Vicia dumetorum; *v.* Aracus.

Viola aquat; *v.* Millefol. aquat.

Viola purpurea sive Martia vulgaris, sub sepibus & dumetis. *Purple Violet, or March Viola.*

Viola serotina, sive canina. In sylvis & agris. *Late Violet, Dogges Violet.*

Viola, sive Iacea tricolor sylvestris parva, In agris. *Wilde Pansies.*

Vio-

Viorna vulgi, *Lob.* Ατραγήνη, Theophrasti, *Clus.* Clematis 3. *Matth.* Sepes ornat juxta vias. *Travellers joy.*

Virga aurea serratis foliis, *Tab.* vel margine crenato, *Dod.* In ericetis & montosis. *Golden Rodde.*

Virga pastoris; *v.* Dipsacus minor.

Viscus, vel Viscum arborum nascitur in Quercubus, Pomis, Pyris, &c. *Misseltoe.*

Vlmaria, Regina prati, *Dod.* Barba capri, *Lob.* In aquosis. *Meade-sweete.*

Vlmus vulg. folio lato scabro. In sepibus. *The common Elme-tree.*

Vlmus minor folio angusto scabro; *Ger. emac.* In sepibus. *The narrow-leaved Elme.*

Vlmus folio latissimo scabro: *Ger. emac.* In sepibus & sylvis. *Elme.*

Vlmus folio glabro, *Ger. emac.* In sepibus. *Witch*

Vmbilicus Veneris, *Matth.* Scatum cœli, Herba coxendicum, *Quorund.* Cotyledon, *Lob. Clus.* Navillwort, Kidney-wort. Upon the Walls at *Mangersfield*, and about *Bathe.*

Vulvaria, *v.* Atriplex olida.

Vvularia, *v.* Trachelium.

Vrtica vulgaris urens, *Trag.* Vrtica fœmina & communis, *Dod.* Common Nettle.

Vrtica minor acrior, *Lob.* urens minima, *Dod.* Small stinging Nettle.

Vrtica non mordax: *v.* Lamium.

Vrtica herculea, *Tab. v.* Galeopsis.

X

XYris, sive Spatula fœtida, *Matth. Lob. Ger.* In sylvis humidis. *Stinking Gladdon.*

Nomi-

Nominum citatorum Authorum explanatio.

Advers. *Aduersaria Petri Pena, & Matthiæ de Lobell.*
Anguil. *Aloysius Anguillara.*
Bauh. *Casparus Bauhinus.*
Cam. *Ioachimus Camerarius.*
Clus. *Carolus Clusius.*
Colum. *Fabius Columna.*
Cord. *Valerius Cordus.*
Dioſc. *Dioſcorides Anazarbeus.*
Dod. *Rembertus Dodonæus.*
Fuch. *Leonardus Fuchſius.*
Ger. *Iohannes Gerardus.*
Ger. emac. *Gerardus à me emaculatus, & auctus.*
Geſ. *Conradus Geſnerus.*
Lob. *Matthias de Lobell.*
Lon. *Adamus Lonicerus.*
Lugd. *Hiſtoria Plantarum Lugdunenſis.*
Matth. *Petrus Andreas Matthiolus.*
Offic. *Officinis uſitatum nomen.*
Plin. C. *Plinius.*
Tab. *Iacobus Theodorus Tabernæmontanus.*
Thal. *Iohannes Thalius.*
Theoph. *Theophraſtus Ereſius.*
Trag. *Hieronymus Tragus.*

FINIS.

THERMÆ BATHONICÆ,
sive
Earum descriptio, Vires, utendi *tempus, modus,* &c.

Scripta
à
THOMA IOHNSONO.

---Scribere jußit Amor.

LONDINI, 1634.

BRITISH
MUSEUM

Sociis suis itineranti-

bus Clariss. Societatis Phar-

maceut. Lond.

Amicis, multis nominibus charis.

Salutem, auctioremq; fœlicitatem optat

THOM. IOHNSON.

EN, vestris precibus inchoatum, jamq; ad umbilicum perductum opus, vestris etiam sub auspiciis in publicum prodire tentat; quò melius à malevolorum ictibus & injuriis se tueatur, præcipuè à scioloruṁ turbâ, qui quamvis ipsi nihil laude dignum publicè aut privatim unquam fecerint, vel facturi sint; tamen aliorum scripta vituperando & sugillando, eruditionis, plebeiaque opinionis auram tali arte, exiguo labore captant. Sed ut indignam hanc μικροφιλοτιμίας sobolem sperno, sic vos, vestrûmque similes, candidos, apertos, honestos amplector, veneror; ita ut nihil quod vobis placeat mihi (si modo detur facultas) perficere grave aut molestum fuerit. Et quamvis nihil magnum hîc fortassè præstiti (cum ingenio parum possim) tamen vos benignos, & in me, meaque faciles experiri haud dubito, aliisque non-

nullis & voluptati & usui hunc nostrum laborem fore judico, præcipuè extraneis, nostri idiomatis ignaris, harumque rerum studiosis. Breviter enim perspicueque tradidi loci descriptionem, & alia quæcunque hac de re ex usu fore existimavi, sententiamque nudam posui. Namque si cuncta rationibus obfirmassem, & quæstionibus minus utilibus refersissem, in multo majorem molem opus crevisset, aliquantumque tædii lectoribus attulisset. Nec in multis eâ de causâ ad nimis particularia descendi, contentus digito quasi è longinquo viam monstrasse. Quicquid boni Lector ex hisce meis laboribus capiat, vobis Viris Spectatiss. publicæque utilitatis cupidiss. acceptum ferat, qui mihi authores fuistis, ut hæc scriberem, dum destinatum & solito longius plantas inveniendi gratiâ iter Bathoniam usque meâ causâ hoc anno suscepistis. Protegat vos, vestrosque in publicum Societatis nostræ emolumentum susceptos labores & conatus beet Deus Opt. Max. qui piis votis nunquam defuit, nec in seculum defuturus est.

DE

De VRBE & THERmis Bathonicis.

IN *Somersettensi* Agro, sive (ut vulgò loquimur) *Comitatu*, in planitie non magnâ, montibus æqualis ferè altitudinis circundatâ, sita est Vrbs hæc, quæ hodiè Nostratibus *Bathe*, Latinorum vulgò *Bathonia* dicitur; antiquitùs (ut *Camdenus* noster annotavit) à Thermis *Ptolomæo* ὕδατα θερμὰ (i) *Aquæ calidæ* dicebatur; *Antonino*, Aquæ solis, Britannis *Yr Ennaint twymyn*, & *Caer Baden*, Saxonibus *Bathancester*, *Hat Bawar*, & etiam à valetudinariorum concursu *Akmanchester*, (i) Vrbs ægrotorum. *Vrbis situs & nomina.*

Murorum ambitus non mille passus æquat, ex quadrato constant lapide, Romanis imaginibus & inscriptionibus nonnullis mutilatis ex parte quæ occasum & Septentriones respicit, ad loci vetustatem asserendam, hinc inde insertis. Romani nummi & alia eorum monumenta, ut ex relatione virorum fide dignorum habui, sæpè ibi reperiuntur, hodièque in horto quodam non longè à portâ occidentali asservantur duæ inscriptiones antiquæ cum totidem urnis, quæ *Situs, magnitudo & antiquitas.*

erutæ fuerunt non ultra primum ab urbe lapidem in agris oppiduli Walcot, ut patet ex epigraphe saxo litteris majusculis incisa, & illorum parietibus cum antiquis illis inserta à quodam *Rob. Chambers* in hæc verba:

Hec. Monum. Violata. Sulcis. In. Campo. De. Walcot. R.C. Cultor. Antiq. Huc Transtulit An° Ver. Incar. 1592.

Romanorum illæ antiquæ sic se habent:

C. MVRRIVS
C.F. ARNIENSIS
FORO. IVLI. MODESTVS. MIL.
LEG. II. AD P.F
IVLI. SECVNDI
ANN. XXV. STIPEND.
H.S.E.

DIS MANIBVS
M. VALERIVS. M.
ROL. LATINVS C.Q.
MILES LEG. XX. AN.
XXXV. STIPEND. XX
H.S.E.

Vrbis ædificia satis sunt ampla & commoda ad excipiendum undique profluentem agrotorum numerum, qui morborum medelam quærentes, huc quotannis verè & autumno quasi ad sacrum *Hygeiæ* fanum se conferunt, nullâ affectuum, temperiei, ætatis, &c. plerumque inuratione, unde multi medelæ loco, auctiores & curatu difficiliores morbos domum reportant

&

& nonnulli vitam morte commutant.

In Vrbe quatuor ſunt ſolummodò mentione dignæ Thermæ (ſive, ut vulgò loquimur, *Balnea*) hiſce nominibus inſignitæ: viz. Balneum Regium, Regineũ, Crucis & Calidum. Balneum Regis reliqua auguſtiore formâ & magnitudine ſuperans in Vrbis umbilico nõ longè à Cathedrali Eccleſiâ ſitum obtinet. Figuram quadratam, & ſedilia arcuata, ſaxea, ex tribus partibus habet, ut etiam quadripartitũ ſedile medium occupans. Superiore parte ad unum latus & extrema circundatur opere ſaxeo binos cubitos alto, ſub pedibuſque ejuſdem materiæ pavimentum habet; ut homines ambulare & Balneum introſpicere poſſint; altior murus alterum latus claudit.

Balnea quot & quæ.

Bal. Regium.

K. Balneum Regium.
N. Balneum Regineum.



Quatuor ſunt ingreſſus, in ſingulo angulo unus, gradibus ornati, & Balneum ingreſſuris ſuperiore parte ſunt parata apodyteria. Murus qui alterum latus claudit aquarum ut etiam ho-

minum ex hoc in Regineum ostiolo ingressum præbet; habetque etiam hac in parte Cochleam sive Machinam aquivomam ad fortiores & calidiores embrocationes faciendas paratam. Hujus Balnei longitudo 60 pedes plus minus, & latitudo non multo minor; plures, circa in medio positum sedile, fontes calidi emergunt, unde major ei caliditas.

Bal. Regineum.

Priori ferè contiguum est, parieteque solummodo divisum Regineum, nullam fontium scaturiginem in se habens, sed ex Regio aquas excipit, ideoque temperato calore fervet, multòque minus antiquitatis habet. Quadratum est, Regio dimidio minus, muro altiore circundatum, Apodyterio publico, ut etiam altero privato, gradibusq; unâ ex parte donatum. Sedile arcuata hinc inde in ambitu, ut etiam machinam aquivomam, quâ Regium respicit, obtinet.

Bal. Crucis.

In alterâ Vrbis parte, quæ Occasum respicit, reliqua Balnea situm habent, Crucis scilicet & Calidum.

Balneum Crucis.

Crucis nomen sortitum est â cruce grandiusculâ quondam in ejus medio positâ, cujus loco hodiè altera minus spatii occupans, quatuor, sedilia imâ parte habens, visitur.

Figura Balnei fere inquadra, longitudo 35 pedes, latitudo lationis extremi parem mensuram æquat, sedilia arcu-

an

ata ex omni parte habet, ut etiam tria Apodyteria & totidem ad ingressum gradus, altioreque muro cingitur; Fontes huic pauciores quam Regio & Calido, ideoque mitiore calore fervet.

Ab hoc non longiùs quàm 22 passus vulgares distat Calidum (ut vocant) Balneum sic dictum quia olim, quando minorem extensionem possidebat, reliquis multò calidius extitit, sed hodiè Regium solummodo calore æquat, aut paulò superat. *Bal. Calidum.*

B. Balneum Calidum.
T. Balneum Leprosorum.



Forma ei oblonga, ad quadratum accedens, ut ex appositâ figurâ patet; longitudo 27 pedes, latitudo 13 præter sedilia. Tres habet ingressus & apodyteria, sedilia etiam arcuata reliquis similia in inferiore altioris Balnei cingentis muri parte parata, cum Cochleâ sive machinâ aquivomâ; & in superiore majoris apodyterii loco posita est machina altera aquivoma, ad siccas (vulgo vocatas) irrigationes faciendas; siccas nominant, quoniam in sicco positi aliquam partè irrigare possint, ut Caput, Brachium, &c. Huic adjungi-

fur alterum Balneolum quadratum, 12 pedes plus minus longum & latum, aquas à calido profluentes excipiens, & ad usum pauperum, qui aliquâ fœdâ cutis eruptione, aut ulceribus laborant, paratum; unde vulgò vocatur. The Leapers or Lazers Bathe, quod Latinè sonat, Leprosorum Balneum.

Aquæ color, odor, &c. Omnium aqua parvâ quantitate limpida & clara visitur, sed si superficiem in Balneo spectes, subviridis; odor ei bituminosus haud gratus; sapor ferè nullus, & vix gustui manifestus. Ejus profunditas in singulis sic arte paratur, ut aqua collo tenus mediocris staturæ hominis ascendat. Semel in hebdomade per emissaria evacuantur & scopis purgantur, sed Crucis Balneum quandoque bis in septimana purgatur, quoniam frequens ejus usus, & capacitas haud magna.

Quotidiè etiam post 4 aut 5 horas ab egressu Balneantium spumosum emittit aqua purgamentum, ejus superficiem innatans, quod per emissaria antequam ægroti ingrediuntur, emittitur.

De Mineris. Quod ad mineralia sive metallica, quibus hæ inficiantur aquæ, spectat (doctiorum judicio qui aliquid hactenus de hoc subjecto literis mandarunt, inter quos D. *Iordenus* qui non impridem sermone vernaculo eruditè scripsit, cui hac in re assentior) illa sunt Bitumen, Sulphur, Nitrum; Bitumen reliqua superat, Sulphur & Nitrum minore quantitate insunt, ut ex effectu patet; calfaciunt enim, siccant, resolvunt, aperiunt, attrahunt, incidunt & abstergunt. Ex his tribus

ribus in terræ visceribus nascitur Lithanthrax noster, suas (nisi me mea fallat opinio) hisce aquis facultates impertiens. In iis facillime Bitumen & Sulphur igni pabulum aptissimum præbentia deprehendas, & Nitrum violento motu & strepitu, quando igni apponitur in multis, ubi major ejus quantitas coacervatur, esse prodit. Ex his (ut verisimile est) ignis ille perpetuus in templo *Minervæ* sacro olim struebatur, de quo *Solinus Polyhistor*; In Britannia (inquit) calidi sunt fontes opiparo exculti apparatu ad usus mortalium, quibus fontibus præsul est *Minervæ* numen, in cujus æde perpetui ignes nunquam canescunt in favillas, sed ubi ignis contabuit, vertitur in Globos saxeos. Hæc de Minerâ aquas inficiente sufficiant, jam de earum calore aliquid dicendum est.

Ad Thermarum calorem jam venio, cujus causa efficiens (aqua enim suâ naturâ & interno principio talis non est) multorum non sine causa animos exercuit, & in posterum exercebit, quare non pauci qui de Thermis scripserunt hanc aut sicco pede transilierunt, aut minus verisimilia, si non mera opinionum monstra hac de re attulerunt, assignantes hujus caloris causam esse, Solis radios, Spiritum sive flatum in terræ viscera vehementius impulsum, Calcem, Motum aquarum violentum, &c. Multum etiam in hac arena non ita pridem sudavit longiore vitâ dignus D. *Iordenus* hujus urbis Med. in suo de hisce aquis tractatu, & reliquis probabiliora & rationi magis consentanea attulit, à quo majorem meæ opinionis jam ponendæ *De Calore.*

ponendæ partē hausi; quæ si aliis non arrideat, non multum laboro, illis enim sua judicia relinquo, & in hac meâ, donec aut alius, aut egomet magis rationi & veritati consona inveniam, quiesco. Metalla & reliqua mineralia in terræ gremio contenta, seminaria habent spiritibus & facultatibus ad generationem subservientibus prædita, quæ conveniente materiâ datâ, eam elaborant & corrumpendo priorem formam reducunt in propriam substantiam; hæcque operatio non perficitur sine humore & motu materiam subigente, qui motus spirituum & facultatum agentium & materiæ patientis actualem calorem profert; hucque accedit varietas materiæ, ex quibus omnia ferè mineralia constant; & fortassè aquæ variis spiritibus turgidæ è diversis locis eos acceptos secum vehentes, quæ in hac metallica matrice conjunctæ majorem calorem & ebullitionem efficiant. Altera etiam conditio ad hanc operationem necessaria, quæ est, ne aqua majore copia affluat, si enim affatim superaffunderetur hunc focum (ut ita loquar) mineralem, multo hebetior ejus calor efficeretur, ut etiam si majore distantiâ, & magis sinuosâ flexurâ ad terræ superficiem perveniret, remissior esset ejus calor. Hujus rei in nostris Thermis argumentum est frequens & ferè perpetua magnarum bullarum emissio, aquæ particulis in aërem à foco minerali conversis, quæ tantam vim & impressionem in eam, si in magna quantitate esset, non exerceret. Objiciat fortassè aliquis, si talis sit corporum metallicorum fermentatio, vis & calor

subigendo materiam ad ulteriorem speciei generationem, cur non in omnibus, aut saltem plerisque fodinis tales Thermas non habemus? Respondeo, multis locis spiritus & facultates agentes remotiores sunt à terræ superficie, & haud dubio debiliores & quasi emortuæ, magisque nonnullis in locis sparsæ, humore etiam non modo necessario & competente affluente, ita ut nihil effluat; denique simplici fortasse prædita sit qualitate affluens humor, minorem ita de causa ebullitionem excitans, quæ omnia in causa sunt, ut Thermæ non sint adeò frequentes ut fodinæ.

Hæc de calore, nunc ad aquarum vires medicatas accedo, quæ respectu actualis caloris, & mineralium calfaciunt, siccant, dissolvunt, emolliunt, aperiunt, attrahunt, digerunt, incidunt & abstergunt; ideoque crassos humores attenuant, & superfluos exiccant, poros aperiunt, sudores evocant, urinas & menses movent, partes debiles roborant, induratos & contractos nervos, tendinesque emolliunt, tumores duros dissolvunt, frigidas fluxiones discutiunt & siccant; thoraci, pulmonibus reliquisque partibus refrigeratis conferunt, obstructionesque earum aperiunt. Denique, harum virium ratione præcaveri aut edomari possint Paralysis, Apoplexia, Carus, Catarrhus, Arthritis, Spasmi, Oedemata, Anasarca, Scabies, Suppressio mensium, dolores vagi, &c. iis similes, qui à causa frigida, aut à frigidis vel crassis humoribus ortum ducunt. Nocent autem calidis morbis, & corporibus calidis, siccis & exenuatis; quare eas

Quibus prosint & noceant.

eas vitare debent febricitantes, Morbo Gallico, Phthisi, Hecticâ laborantes, & similes alii qui aut ex nimia viscerum debilitate, aut caliditate ægrotant.

Utendi tempus, gen. & partic.

Anni Tempus harum usui maximè inserviens est à principio vel medio Aprilis ad Septembris medium vel finem, sed corporibus minùs delicatis & teneris; qui enim molliter vivunt & vix apertæ auræ sese hiberno tempore credunt, ut fœminæ nobiliores, & viri iis molitie haud cedentes, non tutò nostris Thermis uti possint, ante Maij medium, nec longius quam Augusti finem; frigidior plerunque ante & post denotata tempora matutinis præcipuè & vespertinis horis aër sentitur, qui eâ de causâ majorem in hujusmodi teneris corporibus impressionem facit. Sed objiciat aliquis è vulgo: his terminis includuntur dies caniculares, quibus nihil in medicina, nisi maximâ urgente necessitate, movere oportet. Hoc fortasse in calidioribus regionibus veritatis aliquid habeat, sed nobis non tam intemperato æstu quàm Astrologorum libellis noti sunt, iisque temperatiores tales usui accommodatiores plerunque toto anno vix habemus. Rectè hac de re *Barptol. Vicus Clivolo* scripsit his verbis. *In similibus & omnibus aliis sic rationêris. Ver & Autumnus eliguntur, quòd hæ duæ anni partes aliis temperatiores sint; quæ igitur eo in loco sit aëris temperies, examinandum, non quis dierum numerus: neque eò accedendum, cum Ver erit, hoc est, cum aër temperatus erit eo in loco; etiamsi contemperatur in diebus canicularibus.* Nec hîc locum habet

abet illud *Hipp. Aphor. 5. Sect. 4.* Ὑπὸ κύνα, ὑπὸ κυνὸς, ἐργώδεες αἱ φαρμακεῖαι. Purgatio enim quæ vehementibus & agitatoriis pharmacis (qualia fuerunt pleraque Antiquorum) perficitur; & de qua *Hippocrates* hic loquitur, nihil commercii cum Balneo habet. Quod etiam *Galenus* in Comment. ad hunc Aphoris. affirmat his verbis, Τὰ θερμὰ λουτρὰ ταῖς καθάρσεσιν ἀντιπράττειν πέφυκε. Balneum enim materiam foras vocat, quam è contrario medicamentum à corporis circumferentia ad centrum trahit. Ad particulare sive diei tempus quod attinet, ratio & usus suadent ut sit manè aut vesperi; Matutinum post Solis ortum optimum est, eo enim tempore concoctio prima & secunda perficiuntur, ventriculus est vacuus, nec aliis inservi-ndis & digerendis calor noster occupatus est; mediam etiam inter nocturnum algorem, & meridianum calorem temperiem obtinet, minùs molestiæ ea de causa lavantibus inferens. Tempus etiam vespertinum sat congruum est, ole jam ad Occasum vergente, prandioque nte 5 aut 6 horas sumpto, quò meliùs ægroti irtus reficiatur, & cibus concoquatur. Sed qui nfirmiore stomacho sunt, & ante horam, 7 aut surgere non possunt, eos semel tantum in die, dque manè lavare consentaneum est, præsertim si longiorem in Balneo moram trahant. Sed quia Balneæ aliàs profuturæ, noceant, isi ægroti debito parati modo ingrediantur, *De præparatione.* oneo; ut corpora à superfluitatibus quantum pus erit priùs emundent, & humores, qui per quam educi debent, præparent. οὔτε γὰρ οἶνον, οὔτε

λουτρὸν

λυτρὸν ἀνέχεται ἡ πληθωρικὴ διάθεσις, ἄνευ μυγ
βλάβης, inquit *Galenus*, Com. ad Aphor.
Sect. 7. Quod si verum sit in Balneis Aquæ s
plicis, multò magis his spiritu alieno dit
Nam si cruditas aut superfluitas aliqua in v
tre, primis venis aut vicinis visceribus con
fuerit, tormina, inflationes, vertigines iis
similes affectus citò commoventur; hum
enim multi, crassi & tenaces caloris vi atten
ti, & propter meatuum angustiam non eva
ti, viscera distendunt & turbas haud medio
cient. Sed si biliosis humoribus scateant, m
bilis, Balnei calore, per totum corpus citò d
funditur, & icterici evadunt, quod non s
observavi. Cùm verò respectu temperam
torum, humorum, ætatum, morborum, &
ægrotorum sit infinita varietas, quibus omn
privata ea de causa ferè debeatur præper
hac de re verba facere ultra non decrevi,
quisque Medicum suum adeat, & ejus con
fretus sese præmuniat; quò minus sit tal
difficultatibus obnoxius.

Lavandi modus.

De Lavandi modo aliquid dicendum, vel
ante Balnei ingressum, in ipso Balneo, &
exitum facienda & observanda sunt. Balne
ingressurus mane surgere debet, & alvi vesi
que excrementa deponere; à cibis & potu
sint medicata) abstineat; caput pannis opt
tegat, ne ab externis aquæ vaporibus læda
& si æger leviter ambulare possit, & calor
mediocriter excitare, non esset inconveni

Hisce observatis, pannis à frigore muni
Apodyterium ingrediatur, ibi vestimẽtis ex

in Balneum sensim descendat, & ad temperatiorem ejus locum sese conferat, ubi quiete sedeat, non dormiat, comedat, nec bibat. Primis etenim diebus multis sudare non convenit; quamobrem temperatiore balneo, aut Balnei loco utendum, ut plerunque sunt remotiora à fontibus; minore etiam tempore illic immorandum. Post paucos dies leviter ambulare possit, propius ad fontes accedere, & diutius immorari, quò melius humor digeratur & evacuetur. Balneum egressus pannis diligenter sese cooperiat & unguat, ne frigidioris aëris occursu offendatur, tum in lectum se recipiat, & (si opus fuerit) sudet illic; utcunque aliquandiu quiescat; nonnullis somnus concedatur, aliisq; non ita, sed hoc Medicorum qui ægrotis præsunt, judicio linquendum est. Sudorem, si venerit, surgens abstergat (sed caput à Balneo semper & diligenter exiccandum) & bene inunctus paulùm sese & moderatè exerceat in loco aëre frigido remoto, & tum ad mensam se conferat.

Quod ad Diætam attinet, sint cibi boni succi, concoctu faciles, ut ova recentia & sorbilia, *Diæta.* carnes ovium, agnorum, hædorum, vitulorum, pullorum, gallinarum, perdicum, turdorum & similium. Pisces etiam nonnulli melioris succi illis permittendi sunt, quibus libenter iis vescuntur, ut Truta, Lupus, Perca, Salmo, Barbus, Gobius, Viola, Solea, Mullus, Rubecula, Rhombus, &c. Olera etiam quibusdam permittenda, ut Lactuca, Portulaca, Endivia, Cichorium, Borago, Buglossum, Acetosa, & iis similia.

lia. Potus sit Cervisia non nimis potens, bene
cocta, clara, mediocris ætatis. Panis sit optime
fermentatus, spongiosus, ex optimo frumento
paratus, bene furno coctus & non ultra biduum
aut triduum asservatus. Vitanda sunt, Carnes
bubulæ, cervinæ, suillæ, Pisces salsi, indurati,
aves aquatiles, fructus humore abundantes,
corruptioni obnoxii, aut concoctu difficiles.
Vinum & Cervisia nimis potentia, Allium,
Cepæ & similia acria, ut etiam Legumina, &
quæcunque pravi succi aut difficilioris distribu-
tionis cibaria. Cibi potusque quantitas haud
stomacho gravis; cavendumque est ne nimia
potione cibi in ventriculo fluctuent, quod multis evenit, dum Balnei calore incensi potum
plenis hauriunt poculis. Prandium iis, qui non
solummodo lavantur, sit largius, cœna parca;
sed è contra iis, qui bis quotidiè Balneum in-
grediuntur. Ad reliqua non naturalia quod at-
tinet; hæc paucis habeto: Somnus, Vigilia, &
Exercitia sint moderata; Venus, & animi per-
turbationes, ut tristitia, ira, timor, & cura
graviores ex toto arceantur; aër quoniam non
mutandus, præsertim à debilioribus, est per-
rendus.

Lavandi tempus.

Quamdiu ægrotis lavandum, aut Balneo u-
tendum est, quærat aliquis; cui respondeo:
Tempus lavationis est duplex, universale &
particulare; Universale dico, totum illud tem-
potis spatium Mensium aut dierum numero
descriptum, sive bimestre aut trimestre, sive
20 plurium, pauciorumve dierum sit. Hoc quo-
propter circumstantiarum varietatem certis li-

nitibus accuratè describi nescit. Sed in corpo-
ibus minùs notis optimum est, post paucorum
ierum observationem, qua invenias qualem,
uantamque impressionem aquæ facient, hac de
e statuere. Attamen in notis corporibus Me-
icus doctus, & earum qualitatum peritus non
ultum laborare possit; quoniam enim & æ-
rotantis corpus & morbum, atque an facile
ut difficile medicamentis cedant, noscere o-
ortet: quibus cognitis probabiliter conjectu-
am faciat, hujus negotium quoniam non mag-
um, ejusque corpus satis perspirabile est, ci-
óque alterabile, in 15 aut 20 dierum spatio
ngressi semel aut bis quotidiè Balnei auxilio
efficiatur. Alterius cura ob morbi magnitu-
inem, corporis densitatem, & aliquando tene-
itatem (nonnulli enim teneri Balneum semel
n die, idque parvo temporis spatio perferre
olummodò potes sunt) longiorem moram re-
uirit. Ut nihil dicam de accidentibus quæ su-
ervenire possint, & cursum aliquandiu mora-
i, quoniam tempus in horum curâ positum non
ubducendum est ex numero dierum in Bal-
ei usum impendendorum. Quamobrem de
niversali tempore sic statuo; infimus dierum
umerus semel quotidiè lavantium sit 12 aut
5 dierum; mediocre 24 aut 30; maximum ex
præmissis colligere facile est. Semel aut bis
uotidiè patiens Balneum ingredi potest ibique
rimis diebus non multum immorandum est;
xempli gratiâ primo ingressu se in Balneo
agis temperato, utpote Crucis ad horæ spa-
ium, aut horæ potiùs dimidium contineat; se-

quentibus paulatim ad duas aut tres horas pe
veniat, sed ultrà ascendere non consentanc
est. Hócque observandum, non tantum mo
vespere, quantum manè in Balneo trahend
esse; si æger manè duas horas lavando consu
pserit, vesperi horam aut paulò plus insum
Sed hoc memoriâ tenendum, quò calidius Ba
neum, eò minus moræ in eo trahendum es
Hæc de dierum & horarum spatio generali
dixisse sufficiat.

De Stillicidio.

Pauca adhuc dicenda restant, nempe de Sti
licidio, Luto, & Symptomatibus, sive Acc
dentibus, quæ ex Balnei usu evenire sæpe so
lent. Stillicidium non Balneorum Italorum
aliarum Regionum ritu hîc perficitur, & (
vere dicam) Stillicidium non est, sed ἀνάλογον
duplici modo peragitur, aut Situlis, aut C
chleâ. Situlatio (vestras aures ne offendat
novitas & insolentia) in Balneo solummo
perficitur à viris duobus alternatim situlis cel
motu aquas effundentibus in patientis cap
Cochlea & in Balneo & extra, in caput aut al
am quamcunque partem impetuosè, affatim q
aquas evomit. Stillicidium prodest refrige
tis, humidisque partibus, quibus lavatio im
pressionem magnam non facit, aut ad quas al
pervenire non possit, puta Caput. Sæpè enim
humores lotione haud victi, hac arte vincu
tur, partesque debiles roborantur. Partibus
dixi, frigidis humidis, atque etiam nervo
conducit; ejus usus frequens in catarrhis fr
gidis, dolore capitis, vertigine, atque aliis a
fectibus frigidis humidis cerebri, aliarum
partium

artium. Sed hoc vitare debent ii, qui calidum ut debile caput habent, ut etiam nimis plethorici, ne in Apoplexiam aut Paralysim incidant, si non diligenter purgati ad hujus usum veniant. Stillicidio non statim se æger subjiciat, sed Balneo prius utatur, & sese Medici auxilio præparet. Magna enim remedia caute & non sine magno judicio adhibenda sunt. Gradatim in ejus usu procedat & sese ut in Balnei usu gerat. Qui plura hac de re petit, consulat *Cæsaris Claudini* append. ad tractat. suum de ingress. ad infirmos Sect. XI. ubi pluribus & accuratè de stillicidiis agitur.

Quamvis de Luto nostratium Thermarum scribere supervacaneum sit, cum luti nihil in iis reperiatur, tamen quoniam nonnullos aliter persuasos inveni, hujus rei veritatem paucis aperiam. Egomet, aquis emissis, lutum in Balnei fundo diligenter quæsivi, sed nihil præter lapidosam & fabulosam materiam inveni; interrogavi ideo Balneatorem, ubi lutum inveniretur, quo nonnulli usi fuerunt? Statim respondet, ejus quantitatem admodum parvam esse, sed se ostensurum: sic anxiè circumspiciens, aliquantulum strigmentorum, & purgamenis aquæ parieti & lapidibus adhærens in manum colligit, & lutum esse affirmavit. Postea vidi unum aut alterum vasculum harum sordium in ægrotorum usus collectum; nec eis spernendæ insunt facultates. Strigmenta enim Balnearum teste *Dioscord. lib.* 1. *cap.* 34. calfaciunt, emolliunt, discutiunt. At his est major efficacia ex aquæ purgamento unà cum eis

De Luto.

coalescente, quæ in causa sit fœtoris, quo hæ nostra maximè pollent. Vtendi modus tal est, mediocrem horum quantitatem in saccu lum lineum injiciunt, tum Balneo calfaciunt, & loco affecto applicant.

Hactenus de Thermis ipsis & earum viribu in externo usu positis egi; nunc de interno us aliquid dicendum, sed breviter admodum quòd nihil hac de re effatu dignum ferè habe Namque meâ sententiâ rectè *Galenus* judica ἄμεινον τῇ πείρᾳ κρίνειν τὰ τοιαῦτα, quam sententiam de his ferre ex nuda opinione, um bratili aliquâ ratione suffultâ. Nulli fere hi bibunt, nisi qui Balneatorum suasu, eas sa commixtas ad solvendum alvum, hauriunt, si si aliquid hujusmodi agant, ex stimulante sa facultate, potiùs procedat, quàm ex aqua, quæ se sumpta nil tale agit. Præterea fontium s turigo in ipsis Balneis est, qua de causa aqu pura vix habetur, & quæ sordibus permisceri multis nauseam affert, si mentionem solummo do tali de re feceris, nec probanda sit talis aqu potio. In uterinis nonnullis affectibus harum non contemnendus usus, ad calfaciendum, fo candum, abstergendum, aperiendum; hæcque per injectiones in Balneo faciendas, atque ali ter peragenda sunt; sed de his ultra verba fa cere non decrevi.

Accidentia, quæ Balnearum nimio, aut in portuno usu evenire sæpè solent, hæc ferè sunt vigiliæ immoderatæ, capitis dolor, appetitu prostratio, febris, ventris constipatio, urinæ ardor & sudor immoderatus. De horum, u

etiam aliorum, quæ accidere possint curatione, aliquid proferre non opus est, quoniam Medici semper eò loci ægrotis parati adsunt, & ex re nata de his consilium inire possint. Coronidis vice ex *Rulando* Balnei profuturi & obfuturi generalia signa hæc habe. *Si primis diebus venter ex Balneo contrahatur versus spinam, bonum & salutiferum. Si verò inflatur, vel torminibus afficitur, vel etiam nunc incalescit, intùs & roditur, nunc horret, malum, & signum obfuturi Balnei. Si post dies aliquot corpus melius habere incipit quam anteà, & functiones naturæ quoque, judicium erit curationis.*

Hæc sunt, Amici, ea quæ fortassè vestræ petitioni satisfaciant; quamvis nonnullis morosis, aut parùm, aut nimis, aut nihil scripsisse videar; sed τὰ κοινὰ κοινῇ βαλλατείῳ; vobis scribo, & aliud est (ut cum *Plinio* loquar) amicis, aliud omnibus scribere: *Valete.*

FINIS.

ERRATA.

PAg. 3. lin. 20. *prefecto*, l. *profectò*. p. 4. l. 13. *distitutus*, l. *destitutus*. ibid. l. 14. *Locus*. l. *Locus*. p. 5. l. 2. *Indefatibilem*. l. *Indefatigabilem*.

Hæc sunt, Amici, ea quæ fortasse vestræ pe-
tioni satisfaciant; quamvis nonnullis morosis,
parum, aut nimis, aut nihil scripsisse videar;
sed ἢ κοινὸν κοὶ ἐξ ἀναπείας vobis scribo, &
aliud est (ut cum Plinio loquar)
amicis, aliud omnibus
scribere: Valete.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 3. lin. 20. prefecto, l. profecto. p. 4. l. 13. distitutus, l. destitutus. ibid. l. 14. Locus. l. Locus. p. 5. l. 2. Indefatibilem. l. indefatigabilem.

MERCVRII

BOTANICI

PARS ALTERA,

SIVE

PLANTARVM GRATIA SUSCEPTI ITINERIS

IN

CAMBRIAM sive WALLIAM

Descriptio

Exhibens reliquarum Stirpium
nostratium (quæ in priore parte
non enumerabantur)
Catalogum.

LONDINI,
Excudebat T. & R. Cotes. M.DC.XLI.

LONDINI,

V. Cl. vereq; Generoso

D. THO. GLYNNÆO

DE

GLYNN-LHIVONA

Armigero,

THO. IOHNSON S. P. O.

MAguis & inusitatis a te V. Cl. affectus beneficiis, jam diu obticui, quoniam digna humanitate, digna gente tua oratio mihi non contigerit. Gentem tuâ Antiquæ Britanniæ reliquias, nullos nisi Generosos continere, a nostratibus Anglis vulgo jactatum esse omnes norunt, sed hujusce rei veram ratio-

nem omnes fere ignorant, quam
de causa paucis reddere haud gra
vabor. Tota hæc insula a Severi mur
ad Oceanum Britannicum & Vir
givium, Romanorum olim Provin
cia, populi & rerum ad vitam necessa
riarum dives erat. Sed in ruinam
tendente eorum imperio suis tutanda
viribus relicta est Provincia; Roma-
ni enim Italiam & huic finitimas Pro-
vincias vix & ne vix quidem a Bar
barorum incursibus tutari valebant.
Primum in eam impetum fecerunt
Antiqui incolæ Romanorum victri-
cibus armis in Septentrionibus obten-
tam Insulæ partem pulsi, hique jam
nunc non Britannos, sed a picta cute
Pictos tantummodo a Provincialibus
audiebant. Gens hæc cœli & soli aspe-
ritate fera & barbara plurimum a Ro-
mana provincia moribus, lingua, in-
stitutis distabat, ita ut non pro Bri-
tannis, sed nescio quos Barbaros, ab iis
habe-

habebantur: Hi Barbari dum luxuria perditam, armisque privatam Provinciam invadunt, Britannos opem à Saxonibus eo temporis bello claris petere coegerunt; quorum opera non modo Pictos repulsos, sed Britannos in regionis angulum rejectos esse satis ex historiarum monumentis notum est. Quingentos annos Romani hanc Insulæ partem possederunt, ideoque Saxones incolas (in quorum auxilium advocati fuerunt, & in quos arma verterunt) pro Romanis, Italis* vel Gallis habebant, eorumque Idiomate eos ¶ **Welsh-men**, regionemque hanc (iis ex tota Provincia relictam) **Wales** vocabant; illiq; nos Anglos Saxonum progeniem Sassons in hunc usque diem nominant, ex quibus nominibus utriusque Gentis origo clare pateat. Necminus rationi consentaneum est hostem irruentem fugisse non ignobiles (quibus cui serviant non curæ est)

*Sic Vestegano placet. Hi enim eo tẽporis Romani imperii pars non contemnenda Germanis obtendebantur, horumque etiam consanguineos nostros Britannos fuisse Britonum in Gallia Idioma persuadet. ¶ Ipsa Italia à Germanis ad huncusq; diem **welschland** vocatur, unde Scena Italica **welsch Senetraut**, & Bugloſſa Italica **welsch Ochſenzung** Tabernamontano dicuntur.

est) sed nobiles, generosos, & eos, q
vere libertatem æstimare potuerun
Ex tota Provincia nobiles huc co
fluentes hunc tractum antea (ut veri
mile est) etiam a plurimis nobilioribu
(qui Romanorum prius dominium
quantum dabatur, fugiebant) excu
tum, nobilem reddiderunt Hacq
Insulæ pars ab eo tempore viros bel
pacisque studiis claros in hunc usq
diem peperit. Nec alibi usquam hom
nes magis generosos, magnanimos, pr
bos, fidos & hospitales facile inveni
ideoque si vera nobilitas ex virtute ori
ginem trahit, hanc Gentem vere nobi
lem fatendum est.

Nec te V. Cl. minore qua
qua splendet Gens tua laude dignu
esse judico, ut qui antiqua & clar
familia oriundus animum omnibus vir
tutis dotibus egregie instructum possi
d s, humanioresque literas, natura
studia & horum studiosos amplecteris,
foves.

ves. Me beneficiis tuis victum in
Cambriam adduxisti, illicque incola-
um humanitas, soli locorumque varie-
as in tantum delectarunt, ut mihi ni-
il optabilius, aut quod plus jucunditatis
ferat, quam iterum majore otio, be-
gnioreque cœli aspectu visere loca,
uæ tam multa Naturæ miranda dili-
enter quærentibus præbere possint.
ccipe igitur hanc rudi calamo delinea-
m itineris descriptionem, & (quæ
a est humanitas) gratias beneficio-
um loco retributas, ab illo qui tibi
mnia semper ex animi tui voto acci-
ere precatur.

Vale.

Mercurii Botanici.

Pars altera.

NON pauci elapsi sunt anni ab eo tempore, quo primum ad Rei herbariæ studium animum appuli, idq; eo consilio a me semper factum erat, ut Reipublicæ literariæ, & hominibus hujusmodi studiis deditis benefacerem. Et quamvis dispar sit fortuna, impares animi vires ad res tantas perficiendas, quantas in animo & votis semper habui, attamen tardo gradu, sed constante hæc studia prosequor.

Priore hujus operis parte notum feci me solerti studio inquirere & investigare quicquid plantarum fælix hæc fertilisque Insula nostra producit, & in hunc finem anteactis laboribus inventas in Catalogum digessi & evulgavi, hisque jam adjuncturus sum quascunque plantas in hac Insula sponte nascentes, aut Itinera nostra,

ſtra, aut amicorum benevolentia, aut ſcripto-
rum libri mihi notas fecerint. Hiſce dem
figuras (quantum in me eſt) exactè delinea
adjungam, tum demum hiſtoriam junctò ope
cum *Joanne Goodyero* viro amiciſſ. & in hac p
læſtra verſatiſſ. editurus ſum. Hæc Itinerum
hæc ſcriptionis cauſa & conſilium fuit; ex hu
juſmodi enim Catalogis, omnibus rei herba-
riæ ſtudioſis pateat, quæ ſunt adhuc à nobis in-
ventæ & obſervatæ plantæ; eoſque rogatos ve-
lim, ſi quæ illis nondum a nobis obſervat
occurrant, ut humaniter mihi ſignificare ne
dedignentur, eis gratias debitas publicè redd-
turo.

Sed hæc noſtra ſtudia a nonnullis pro nihil
" habentur; queruntur enim, quod, *Botanici*
" plurimum meri ſunt Nomenclatores, qui pr
" clarè ſe rem geſſiſſe arbritantur, ſi perluſtra
" variis plagis, nomina repertorum ſimplicium
" & forſan eorum icones redigunt in volume
" quo operæ pretio arti ſatis cautũ exiſtiman
Ut huic objectioni ſatisfaciam, reſponde
Iſtiuſmodi Nomenclationes rei herbariæ ſtu-
dioſis voluptatem & utilitatem afferunt; et-
nim ex aliorum ſcriptis (quorum ubique fer
non contemnendus numerus) plantarum vul-
garium deſcriptiones & vires notæ ſunt, ex his
diſcant quid huic loco vel regioni familiare vel
peregrinum, & unde hæ vel iſtæ plantæ, quarum
deſiderio teneantur, petendæ ſint; ita ut non
opus ſit è longinquo petere, quod quotidie fe
rè ſub pedibus habeant, ut aliquando a non-
nullis factum eſſe novi. Præterea hujuſmodi

Cata-

atalogi ſunt inſtar materiæ ad ædificia para-
. Sicuti enim qui egregia opera ſtructuri
nt, primum ligna, lapides, calcem, tegulas &
ujuſmodi copiam quærunt, lociſque aptis diſ-
onunt, ut quando tempus & uſus poſtulant,
manus ſint: ſic qui aliquid laude dignum in
Botanica ſcripturi ſunt, prius in claſſes redi-
nt quæcunque exhibituri ſunt, aliter incon-
te & prepoſterè rem totam tradere neceſſe ha-
nt hac ſpreta methodo. V. Cl. *Caſparus Bau-
us*, qui hanc Spartam egregiè ornavit, itera-
conatu Pinacem ſive Indicem totius Ope-
, quod ſub manibus habuit in ordinem di-
ſit, ſynonymis ornavit, & in publicum emi-
Præterque hunc generalem Pinacem, Cata-
gum etiam Plantarum circa *Baſileam* naſcen-
m typis evulgavit, quo labore (ut ejus verbis
r) ſtudioſi qui apud nos vivunt in excurſio-
bus Herbarum inquirendarum cauſa uti po-
unt. Sic non inutilem hunc noſtrum labo-
m fore judicavi, ſi modo ſtudioſis & tyroni-
s herbarum inveſtigationi deditis uſui eſſe
ſit, dum ex hiſce quaſi jactis ſeminibus, ope-
majora & fortaſſe iis, qui non iniquis oculis
ueantur, non contemnenda prodeant.
Sed hæc miſſa faciam ut Itineri me accin-
m, cujus deſcriptio ſi alicui non arridebit,
s lectione abſtineat; namque benevolis non
levolis hæc ſcripta ſunto.
D. *Paulus Sone* vir nobilis, harumque re-
n ſtudioſiſſ. & Egomet, Plantarum inveſtiga-
nis ergô, Iter in *Cambriam* ſuſcipere in ani-
habuimus; ſed nobis antiquæ Linguæ *Bri-*

tannicæ ignaris opus erat interprete, in qu
finem *Edoardum Morganum* rei herbariæ eti
studiosum nobis adjunximus, eiq; sumptus p
July 22. 1639. buimus. Hisce ita ordinatis *Londinum* XI
Julii Anno MDCXXXIX. linquentes *A*
Ailesbury *buriæ* pernoctavimus, hinc discedentes
arvis sequente die plurimas (sed in priore C
talogo recitatas) plantas invenimus. Inclin
Stratford on Avon te die tandem Stratfordiam ad Avonæ rip
conditam pervenimus. Mane sequente a
V. Cl. D. *Robertus Lee* nobiles aliquot amic
Bilsley secum ducens, & nos ab eo ad *Bilsley* ædes
as verè hospitales, situ & ornatu egregias, p
domino haud indignas non inviti ducimur
bidui moram ejus munificentia nobis inj
nihilque humanitatis omisit; vix tandem
missi (ille enim, & amici ejus ad *Henley* in
den se viæ duces & itineris comites perh
niter præbuerunt) hinc actis gratiis ut po
Wolverhampton mus maximis, discessimus & per *Bremic*
Vulcani municipium *Wolverhamptonem*
timus, hic juxta stabulum invenimus Sali
lato, glabro, serrato & odorato folio nond
descriptam. Sequente die, *Noviporta* post
Shackerforth Mill gum relictâ ad Shackerforth-Mill paulu
morantes Vaccinia palustria & Aceto
maximam loco uliginoso crescentia obser
mus, dein Cestriam usque nil notatu dign
Chester se obtulit. Cestriæ nos præstolatus est alter
neris nostri socius V.C. *Gualterus Stonh*
Theologus Doctiss. divinarum humanarum
rerum Studiosiss. qui ex Agro Eboracensi
usque nobis obviam processit. Ille, cum sup

re nocte, *Stock-portæ* (ea Agri Ceſtrenſis eſt mporiolum) hoſpitio nimis ſordide excep- us eſſet: cauponæ, mane inſequente, verſiculis iſce, ſtilo nimirum oleaſtrenſi ad cubiculi pa- etem fixis, valedixerat.

Si mores cupias venuſtiores,
Si lectum placidum, dapes ſalubres,
Si ſumptum modicum, hoſpitem facetum,
Ancillam nitidam, impigrum miniſtrum,
